dominii. Illas et illa sibi dabimus eo modo quo tenere consueverat. Et ulterius quod filij et heredes masculi legitimi fratris ipsius Magnifici Capitanei ac eorum descendentes masculi legitimi ex legitimo matrimonio procreati in successionem ipsorum bonorum que possidebat in Lombardia venire possint.

Item quod in illis locis et terris in quibus contingat ipsum magnificum Capitaneum et eius comitivam allogiare possint armigeri, familiares, et ragatij sui exire causa spatiandi absque bullettino.

Item quod comitiva sua in terris in quibus eam allogiari contingat custodias facere non teneatur.

Item quod captivi quos caperet dictus magnificus Capitaneus, sive sotij sui, et similiter omnia bona mobilia que lucrarentur sint sui et sua declarando quod civitates terre castra fortilitia et loca et ac munitiones ipsarum civitatum terrarum castrorum fortilitiorum et locorum que lucrarentur caperentur vel acquirerentur per eos sint et esse debeant nostri dominij exceptis illis munitionibus que forte esse ponerentur ad sacomanum. Verum si aliquis dominus terre vel aliquis eius filius sive filij frater aut fratres caperentur teneantur ipsum et ipsos dare nostro dominio pro talea que sit conveniens et honesta, sed fiat per nos notitia ipsi magnifico Capitaneo si eos voluerimus infra terminum dierum quindecim postquam nobis notificatum fuerit. Et transactis dictis XV. diebus habeamus terminum si eos voluerimus solvendi taleam impositam

...

...nostro sit ut supra supra ... aa... dic.
... Capitaneus autem et alios ... ...
... qui caperentur ut supra si illos voluerimus pro
... convenienti et honesta nobis ... et ...
... similiter teneantur, cum conditionibus et terminis ...
... Rebellibus autem et proditoribus qui caperen
... possit dictus magnificus Capitaneus et illi de societa
te sua imponere taleam et eam exigere. Verum si eos
... ... ipsum magnificum Capitaneum
... terminum dierum quindecim ut supra. Et exinde
cum modis terminis et conditionibus suprascriptis solva
tur per nos talea illis imposita que sit rationabilis et
honesta.

Item teneatur et debeat dictus Magnificus Capitaneus cum
sua comitiva sive conducta equitare simul et divisim
ad omnem locum et partem sicut fuerit opportunum et si
cut videbitur nostro dominio.

Item quod dictus magnificus Capitaneus aut aliquis de so
cietate sua non possit convenire pro aliquo debito con
tracto antequam venirent ad nostra stipendia, donec steterint
ad nostra stipendia, nec per duos menses postquam
cassi fuerint.

Item quod ipse magnificus Capitaneus et socii sui ...
non esse neque ire contra nostrum dominium nec contra loca no
stra in aliqua parte per tempus et terminum mensium
sex computandorum a die quo cassi fuerint a nostro
stipendio.

... Preterea quia idem magnificus Capitaneus recommenda
... vit cum maxima instantia nostro dominio suos nepotes
pro honore domus sue, et pro memoria futurorum. Ex

nunc sit captum, quod dicatur sibi quod debet esse contentissimus, quod dominatio nostra sapiens naturales mores [illegible], remunerandi illos, qui nobis bene servierint, habebit dictos nepotes suos propicie recommissos, pro honore sue magnificentie et domus sue.

De parte 102.

De non 26.

Non sinceri 14. [illegible]

MCCCCXXVIII. die XXII. febbr. in Rogatis.

Cum magnificus Comes Carmignola noster Capitaneus generalis optet et petat a nostro dominio fieri Comes Clarii et recognoscere hanc dignitatem et titulum Comitatus a nostro dominio. Et faciat pro nobis tam ad honorem quam propter ~~[illegible]~~ multos alios respectus complacere sibi quoniam per hanc dignitatem et recognitionem erit studiosius obligatus nostro dominio. Vadit pars quod auctoritate huius consilii prefatus magnificus Comes Carmignola creari debeat Comes Clarii cum filiis et descendentibus suis masculis legitimis ex legitimo matrimonio procreatis per manus Illustrissimi domini Ducis ac per nostrum dominium cum solemnitatibus cerimoniis modis et formis que in huiusmodi actibus observari consueverunt. Recipiendo etiam ab ipso omagium et iuramentum fidelitatis in debita et expedienti forma fatiendo fieri suprascripta. Et Instrumenta et scripturas super his omnibus in solemni forma cum clausulis articulis modis et conditionibus que in talibus casibus requiruntur, ac sicut ordinat forma iuris.

De parte 101.

De non 37. [illegible] del Reg.° X.° /

Non sinceri 15.

MCCCCXXVIIII die X [illegible]

Capta

Cum alias de mense octobris 1427. obtenta felici victoria per exercitum nostrum contra exercitum Ducis Mediolani captum fuerit in consilio Centum quod Magnifico Comiti Carmignole capitaneo nostro generali donari deberet domus magna nostri dominij in Venetijs que fuit ~~olim~~ Magnifici domini Pandulfi de Malatestis. Et insuper possessio de Castegnedulo Brixiensis districtus. Vadit pars quod fieri sibi debeant privilegia sua de dictis donationibus in hunc modum. Quod dicta domus de Venetijs sit sua in vita sua ac filiorum et descendentium suorum masculorum legitimorum de legitimo matrimonio procreatorum et procreandorum. Et illa possessio de Castegnedulo sit libere sua jure libere donationis de qua disponere possit et facere tamen in vita sua quam in casu mortis sicut sibi videbitur et placebit tamquam de re sua propria fiantque sibi privilegia cum solemnitatibus opportunis et in talibus consuetis in plena forma.

De parte 113.
De non 6. (c. 2. t.º Reg.º XI. Senato Secreti).
Non sinceri 4.

MCCCCXXVIIII. die XXIX Martij in Rogatis.

Quod Magnifico Comiti Carmignole Capitaneo Generali scribatur in hac forma: videlicet

Capta.

Veniens ad nostram presentiam circumspectus vir Jacobus Michaelis notarius noster apud nos pro Magnificentia sua instetit ut eidem licentiam impartiamur eundi ac

[illegible] [illegible] [illegible] ex [illegible] et cordiali
dilectione quam gerimus ad Magnificentiam vestram con-
tinuantes solitos mores nostros deliberavimus in rebus
omnibus que concernere possint commoda vestra et pre-
sertim salutem et conservationem persone vestre dicere
que sentimus ac aperte et clare loqui cum vestra Ma-
gnificentia. Sensimus enim de autentico loco et a persona
fidedignissima: Quod Illustris Dominus Dux Mediolani no-
titiam habuit quod animo et intentio vestra est ire ...
ad balnea Senarum et quod idem dominus Dux ad hoc
factum direxit mentem suam et fecit varia cogitamina
et secretas provisiones ex quibus comprehendimus et a
certo sentimus quod si fortasse ibitis ad balnea supra-
scripta maximum et evidentissimum periculum vobis in-
cumbit. Et ideo diligentes salutem et conservationem
Magnifice Vestre persone moti sumus ea caritate qua
patres moventur ad bonum et comodum filiorum
ac veri domini moventur erga fidelissimos servitores
suos vobis declarare ea que sentimus et que vera es-
se non dubitamus hortantes inducentes et quantum
plus possumus stringentes Magnificentiam vestram
quod ad hec velit habere bonam considerationem et non
velit personam suam exponere tanto et tam ma-
nifesto periculo nec pro re incerta vel pro spe aliqua
iis melioris future convalescentie subiicere personam
et vitam tanto dubio et discrimini nec velitis propter
te perdere totum. Et ad hoc vos quantum possumus ex-
hortamur. Nam scimus quid loquimur et vos etiam
qui cognoscitis animum et mores Ducis debetis absque
dubitatione credere hec que scribimus vera esse. ...

datis quod ista dicamus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
non [illegible] de balnea sed hec dicimus pro [illegible] et con
[illegible] vestra [illegible] quod si de aliqua balnea
[illegible] dispositis veniatis ad nostra balnea paduana [illegible]
[illegible] sunt vobis libere et absque dubitatione [illegible]
[illegible] habebitis omnia [illegible] et commoda [illegible]
na. [illegible] hortamur [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
et istud nostrum consilium imitari. [illegible] profecto co
[illegible] ita recto corde consulimus sicut faceremus pro salu
te propria nostre persone, hec autem dicimus ut pro
[illegible] [illegible] [illegible] amore et sincera dilectio
ne et benivolentia qua Magnificentiam Vestram prosequimur
[illegible] [illegible] [illegible] et conservationem. [illegible]
relinquimus in libertate vestra eundi vel ad [illegible] [illegible]
neas Senarum vel veniendi ad balnea nostra paduana si
cuti ei utilius et melius videbitur. [illegible] [illegible]
[illegible] Magnificentie Vestre remanebimus semper content[i].

De parte 101.
De non 41.
Non sinceri 8.
(carta 5)

MCCCCXXVIIII die X° [illegible] in [illegible].

[illegible] viro nobili ser Paulo Truno Oratori nostro in Man
tua [illegible] ut infra.

[illegible]

Per litteras vestras datas die secundo mensis [illegible]
[illegible] informari de his que dixistis et fecistis cum
[illegible] [illegible] domino ac de responsione sue Magnificen
tie [illegible] recommendantes diligentiam et [illegible]
[illegible] Respondemus atque mandamus cum

nostro [illegible] Quo compa-
rentis ad presentiam ejusius Magnifici Domini Sforque
nis nostra dicatis quod ea que primum sibi exposui-
stis sunt ita clara et manifesta quod non credebamus
quod Sua Magnificentia super illis facere deberet ali-
quam difficultatem vel dubium sed quod deberet libere
remanere contenta quod ille rationes determinarentur
secundum nostram requisitionem que [illegible] nostra
est rationabilis et honesta: Sed quoniam Sua Ma-
gnificentia inter cetera super facto predictum que ste-
terunt ad custodiam fortilitiorum suorum requirit
quod intromittatur magnificus Comes Carmagnola noster
Capitaneus Generalis qui sicut asserit dedit sibi
licentiam illam dicimus quod sicut scit idem
magnificus Dominus prefatus Comes Carmignola
est ad balnea Senarum ita quod non est possibile
in presenti accipere ab eo aliquam informationem
et ideo contenti sumus differre usque ad adventum
dicti Comitis a quo haberi poterunt ille informa-
tiones que fuerint oportune et tunc omnia ista
concludi et diffiniri poterunt, sicut fuerit con-
veniens et honestum. Et cum his verbis et respon-
sione sumpta amicabili licentiam ad nostram
presentiam redeatis.

[illegible]

MCCCCXXVIIII. die 11. junii in Rogatis.

Capita.

Cum [illegible] augumentum [illegible] Magnifici Comitis
Carmignola Capitanei nostri generalis [illegible]

numerum et expensam gentium armigerarum nimium excessivam propter quod providendum est omni modo possibili reducere et limitare numerum ipsarum gentium nostrarum taliter quod possimus habiliter supportare expensam. Et quoniam magnificus dominus Iohannes de Camerino Conductor noster lancearum CLXVI vel circa etc.

omissis

De parte 37; 72. (contra 15.)

---

die XVIIII. Junij in Rogatis

Capta.

Cum Reverendus pater dominus Iacobus de Veretanis Episcopus Aprutinus Orator Summi pontificis venerit ad presentiam nostri dominij ac pro parte ipsius Summi Pontificis in substantia cum maxima instantia nos requisiverit atque rogaverit quod velimus sue Sanctitati concedere et consentire quod magnificus Comes Carmignola Capitaneus noster Generalis cum sua conducta vadat per duos menses in favorem suum contra Bononiam quoniam non dubitat quod cum isto favore nostri dominij obtinebit intentum suum de dicta civitate Bononie offerens servire nostro dominio de totidem gentibus et etiam pluribus quandocumque nobis videbitur per tantumdem tempus et plus. Vadit pars quod respondeatur ei quod notorium est et Sanctitati sue et toti mundo quantum progenitores nostri semper fuerunt sancte dei ecclesie et nos eorum sequentes vestigia sumus Beatitudinis sue filii devotissimi, quodque numquam cessaremus exponere non solum facultates sed etiam proprias nostrorum civium personas pro honore et comodo ac exal-

tatione ipsius dei ecclesie. Et sic nos perseverantes in
solita devotione et filiali reverentia nostra semper
parati essemus pro ipsa ecclesia et Beatitudine sua
facere quicquid nobis possibile esset. Sed ut Santitati
sue notum est per praticas lige alias praticate inter Bea
titudinem suam ac magnificam Communitatem Florentie
et nostrum dominium, per capitula, pacis per medium
Santitatis sue Ferrarie celebrate, prohibitum est nobis
posse de factis Bononie et terris Romandiole ecclesie
subditis nos impedire. Et insuper Santitas Sua optime
comprehendere potest ad quantum preiudicium status
nostri cedere posset si magnificus Capitaneus noster et
gentes nostre de locis nostris recederent ob quam non
videmus posse requisitioni Santitatis sue cum honore
vel securitate nostra ~~annuere~~ annuere. Quamobrem Santi
tati Sue quam scimus ob paternam dilectionem et ca
ritatem quam ad nos et nostrum dominium continue
gessit nihil contra id quod honestum et cum securitate
nostri status facere possimus velle ullo modo, bea
tissime supplicamus ut dignetur nostris consi
deratis rationibus suprascriptis nos habere merito excu
satos.

De parte 55 - 6. (carta 15.)

Die nono Julii in Rogatis.

Carta

Cum magnificus Comes Carminiola capitaneus no
stre generalis fecerit nostro dominio oretenus dicere quod
quando fuit ad terram suam Clararum pro sciendo
aliquid de rebus et possessionibus suis quas habet in

Lombardia misit per Christoforum primum factorem suum quem super bonis ipsis deputavit ut ad se veniret et a quo Christoforo inter alia habuit, quod quando dominus dux Mediolani sibi dedit licentiam quod ad ipsum Capitaneum nostrum veniret fecit ei dicere per Franciscum de Barbavariis et unum alium quod dictus Christoforus diceret eidem Capitaneo nostro parte ipsius Ducis. Quod licet inter nostrum dominium et ipsum dominum Ducem Mediolani foret bona pax tamen nunc stabatur in magnis suspectibus. Ideoque rogabat Capitaneum nostrum predictum quod ipse vellet experire de modis quibus tales suspectiones amoverentur. Nam erat bene sapiens et sciret de modis convenientibus reperire ~~de modis quibus~~ Et quod dux de hoc sibi faceret honorem etc. Cui Christophoro, ipse Capitaneus noster fecit responsionem. Quod existens cum nostro dominio sicut erat non poterat quominus facere quam significare ista nostro dominio, sicquidem significabat ut deliberemus sicut nobis videatur. Vadit pars, quod respondeatur dicto Capitaneo nostro, quod audivimus ea, que nostro dominio significavit et ut reportavit Christophorus primus parte domini ducis predicti. Et dicimus quod possit dicto Christophoro respondere quod nostrum dominium miratur de talibus verbis, quoniam illustris dominus dux Mediolani bene scit, quod a parte nostra non habet aliquam causam standi in aliquo suspecto. Et cum his verbis dicto Christophoro debeat respondere. Et declaretur Capitaneo nostro predicto, quod recordari debet quotiens nobis dixit quod nullatenus erat confidendum de Duce Mediolani, e

[illegible] in bancho
[illegible] quod quando [illegible] fuit a patre [illegible]
modo ultimate nobis de simili materia locutus fuit;
et postea in [illegible] sibi dixit quod non erat similis
materia movenda. Existente igitur eadem intentione
in presentiarum dicimus quod elonget se a dicta materia
attento eo quod nobis sepenumero dixit ut supra di-
cimus et pro aliis respectibus ac causis quas bene sua
Magnificentia in hoc potest considerare.

De parte 130.
De non 5. (carte 20).
Non sinceri 0.

MCCCCXXVIIII. die XXVIII decembris in Rogatis.

Quod scribatur viro nobili ser Marco Longo oratori nostro
ad Illustrem Dominum Marchionem Montisferrati ut infra.

Penultimo novembris vobis scripsimus e manifestemo
la copia de la exposition a nui fata [illegible]
del Duca de Milan e de la nostra resposta a lor, ala
vostra information de quel Illustre Signor e vostra. Da poi
sentissemo per lettere del nobel homo ser Marco Lipomano
ambaxador nostro el qual è a Fiorenza che quelli
do ambaxatori del Ducha de Milan i qual andò a
Fiorenza zoè el vescovo de Cortona e misser [illegible]
da Castion aveva fato simel exposicion e querella
a quella magnifica Communità de Fiorenza di fati de quel
signor Marchese. Et oltra le cosse predite, mostrà a que-
la Communità algune lettere che scriveva quel signor Mar-
chexe ala nostra Signoria e a i suo ambassiadori che
iera qua et al magnifico Conte Carmignola, et alguna

confession fata per Albertin Morello per abominar quel Signor Marchexe a quella communità de le qual tute nuy ve mandemo la copia qui inclusa come nuy i avemo abude da Fiorenza, azo che la so excellentia e vuy de tute cose habii quel sentimento et avixo che nuy avemo, i che a tute queste cosse quella Comunità in presentia del dito nostro ambaxador li aveva fato resposta conforme et in tuto simele ala nostra, como per la copia de un capitulo de una letera del nostro Ambassiador da Fiorenza qui inclusa vuy vedere. Deinde nuy recevessimo una letera dal dito Ducha de Milan pur sopra i fati del dito signor marchexe, la copia de la qual nuy ve mandemo inclusa in questa ala qual letera nuy fessemo conveniente resposta como per la copia inclusa vuy vedere. E semo avisadi dal dito nostro ambaxator da Fiorenza come siando partidi da Fiorenza quelli do Ambaxatori del Ducha lor per un comandamento recevudo dal so signor retorno a Fiorenza et exposse a quelli magnifici signori quel medesmo effeto che se contien in la letera a nuy scritta per el dito Ducha et anche apresenta una letera de esso Ducha a i diti signori in quella propria continentia. Ala qual exposition e letera queli signor fiorentini ha fato debito re... perseverando in la so prima resposta fata a i diti ambaxatori e quella confermando chon questa addition zoe: Che quella comunita de Fiorenza aveva deliberado de mandar un so Ambassiador zoe Lorenzo de medici ala presentia de la nostra Signoria per algune facende al qual seria anche commesso che sel sera de bexogno el trata chon la signoria nostra che nuy mandemo un nostro ambassiador ad insembrezchon un ambassiador

ne quella comun e el ducha de Milan et anche a quel Signor Marchexe per componer e remover le discordie se alguna ne son fra loro azo che asintieme da una parte alaltra se viva pacificamente e in bona amicicia. Questo Embassiator da Fiorenza non è anchor vegnudo qua. Sel vignarà e dirà cossa alguna che tocha a quel signor marchexe nuy faremo quella deliberation e provision che a nuy parerà utele e conveniente ala materia per honor e destro de quel Signor al qual nuy volemo che vuy de information de tutte queste cosse che nuy ve scrivemo. Confortando la soa excellentia per parte nostra a observantia de la paxe et a viver in tranquillità chon el ducha de Milan. E se per aventura el se avesse impaza in alguna de quelle cosse le qual li oppone el Ducha de Milan chel se ne vogia astegnir e viver in paxe. Et avixelo anchora chomo adì XXIII de questo mexe retornò ala nostra presentia Francesco dala Siega Secretario nostro el qual nui avevemo mandado al ducha de Milan ma el ha vertido chel vada a la soa presentia ne anche a Milan e fexelo demorar a Monza dove el mandò algunj del so consejo, e fra le altre cosse ha fato dir al dito Francescho molte cosse et assai quelle contra quel Signor Marchexe le qual per ho son quelle proprie le qual se contien in la letera soa, de la qual insieme mandemo la copia como de sopra dixemo, ma pur dixe i ditti mandati per el ducha al dito Francesco che niente men el so signor voleva viver in paxe e non voleva per lui romper la paxe, pur confortimo quel Sig.r Marchexe che abia, sempre et in ogni caxo bon reguardo ala conservation e salude soa e del stado so. Anchor avixemo

... al signor e voi chel Ducha de Milan ha fato dir al dito Francesco per expresso ... el non vuol che per i suo luoghi e passi vada alguno nostro cavalaro ... messo chon lettere over brievi nè senza a quel signor marchexe ne da lui sia mandati ala signoria nostra. Si che anchora replichemo prlui efficacemente che voj non scrive per la via de Lombardia como per altra no- stra nuy ve comandassemo.

a nuovo avemo receuudo un vostro brevexello dado adi XVII de questo responsivo ad un nostro al qual non bexogna altra resposta seno adavisarve che quel co- mandamento che laltro zorno nuy ve fossemo non processe per alguna vostro manchamento ma solo per le maniere che observa el Ducha de Milan in non voler che messi ne lettere vada ne passa per i suo luogi como etiam dicto ne à dito apertamente si che de tale comandamento non ve prendae alguna molestia ne ranchura.

De — parti 146
De — non — 0. (Carte 58 t.° e 59.)
Non sinceri 1.

MCCCCXXVIIII. die XIX. Januarii in Rogatis.

... nondum facta responsione Egregio Laurentio de Medicis ... oratori Magnifice Communitatis Florentie circa partem ... mittendi ambaxiatam ad Ducem Mediolani pro factis ... domini Marchionis Montisferrati sicut pridem deliberatum fuit in isto consilio. Idem orator dixit quod ut dominatio nostra esset de omnibus informata, advisabat nos quod habet in mandatis a magnificis dominis

... si in quantum dominatio nostra deliberaret [illegible]
... mittere pro causa suprascripta. [illegible]
... nostro ad dictam Ambassiatam, pro anti-
cipando tempus. Et ideo postquam dominatio nostra
deliberat mittere secundum opinionem illius magni-
fice Communitatis ipse obtulit se paratum ire et exe-
qui mandata dominorum suorum simul cum illo
qui ad hanc legationem per nostrum dominium
designabitur. Ulterius quoque dixit quod habuit
in mandatis a dominis suis in quantum domi-
natio nostra peteret de eorum opinione circa fa-
ctum commissionis fiende dicere quod eorum opi-
nio esset in ista substantia, videlicet: Quod isti
oratores lige irent ad Ducem Mediolani et ad dominum
marchionem Montisferati ad audiendum et intelligen-
dum ea super quibus dux ipse conqueritur de
domino Marchione ac ea que ex alia parte di-
centur per dominum Marchionem tam ad eius excu-
sationem quam circa ea de quibus se gravatum re-
putat de prefato domino duce et in effectu per om-
nes modos possibiles et honestos procurare et da-
re operam quod ille differentie componantur et om-
nino removeantur. Ita ut invicem vivant in pace
et quiete sicut debetur ex forma lige. Et utrum
dux causam habeat tractandi et habendi ipsum
dominum Marchionem amicabiliter et fraterne tan-
quam colligatum lige et quando ex parte ducis
deficeret pax et bona concordia cum ipso domino
marchione, eo casu liga sumpsisset honestatem
ex parte sua. Et quoniam per litteras scriptas per

[illegible] suum. [illegible] uni illo [illegible] [illegible] [illegible] nostro Capitaneo generali [illegible] consilio; [illegible] dux [illegible]rit quod mittantur ad eum ambaxatores nostri [illegible] pro factis dicti domini Marchionis reperiri possit aliquis bonus modus bene pacificeque vivendi et in spetie nominat virum nobilem ser Andream Contareno. Vadit pars quod eligatur die presenti per scrutinium in isto consilio unus noster honorabilis orator qui ire debeat simul cum dicto oratore magnifice communitatis Florentie ad illustrem dominum Ducem Mediolani et ad illustrem dominum Marchionem Montisferrati pro causis suprascriptis cum illa commissione que deliberabitur per hoc consilium possit eligi de omni loco et offitio et de Iudicatu petitionum non possendo eligi de Sapientibus Consilii pro non impediendo facta terre. Respondeat statim vel cras ad tertias ducat secum unum notarium cum uno famulo, quattuor domicellos tres ragatios unum cochum unum expenditorem et unam famulam possendo expendere singulo die ducatum medium pro quolibet equo in omnibus expensis de pecuniis nostri comunis non computatis ragocijs equorum nabulis navigiorum et nuntiis secundum usum. Et possit eligi ad omnia per totum tempus huius ambassiate sicut posset si esset Venetiis. Et reservetur sibi officium et aliud quod haberet. Et si forte Orator Magnifice communitatis Florentie duceret majorem familiam vel maiorem numerum equorum possit provideri per collegium dicto ambaxatori nostro de majori familia pro honore nostri dominii sicut dicto collegio videbitur expedire.

Commissio

De parte — 80. ... ... (carta [illegible]).
De Non — 17.
non sinceri — 2.

MCCCCXXIX. die XXVIII ianuarii in Vercellis

[illegible] scribitur illustri domino duci Mediolani ut infra.

Illustris et excelse frater noster carissime. Vidimus eg[illegible] [illegible] litterarum, quas excellentia vestra his preteritis die[illegible] [illegible] magnifico [illegible] nostro generali [illegible] [illegible] Carmignole scripsit et per ipsarum continentiam clare concepimus vestram fraternitatem intentam fore et dispositam quietam et pacificam vitam agendi esseque promptam pacis memorande [illegible] [illegible] causa removendi errores et sedandi scandala qui possent turbationem dare pace ob certa que ut scribitis videntur in dies multiplicare illes in partibus Lombardie, nostrum dominium aliquos suos ad similia pertractanda mitteret. Intellectis igitur omnibus in litteris dicte vestre excellentie contentis. Nos et magnifica comunitas Florentie cum [illegible] [illegible] dispositi simus ad ea omnia que ad tranquillum [illegible] sunt et ad vivendum in pace utque removeri valeant que esse possint ambigua ad pacem iam creavimus ambasiatas nostras ad presentiam vestre excelse fraternitatis que [illegible] conturat. Verum nunc de novo ad notitiam nostram deductum est et menti nostre admirationem infert quod per [illegible] patrem dominum Episcopus Astensem fraternitati vestre subditum novitas contra Recommendatos et subditos illustris domini Marchionis Montisferrati vult inferri quod dissonum esse videtur ab ea intentione in litteris ipsis vestris descripta. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] attento quod ambasiata nostra et predicte Magnifice Communitatis Florentie est superius dicimus creata est, pro veniendo ad presentiam vestre excellentie [illegible] inspectu ipsius [illegible] [illegible] [illegible] nobis ac bene et in pace vivendum et removendum errores et scandala, qui possent [illegible]

pacem excelsam vestram fraternitatem attente rogamus quod velit providere ut nulla novitas aut molestia inferatur nec inferri permittatur per ipsum dominum Episcopum Astensem vestrum subditum neque per alios vestre excellentie subditos seu ipsius domini Episcopi recommendatos et subditos Illustris domini Marchionis Montisferrati colligati nostri ne major difficultas aut inconveniens oriatur quibus impediri possit optima intentio vestra et nostra circa pacis observantiam. Et fraternitati vestre declaramus quod ea novitas que fiet et attentabitur eidem domino Marchioni recommendatis et subditis suis per eundem dominum Episcopum subditum vestrum per vos factam et illatam esse tenebimus.

De parte 108.
De non 4. (carte 65 t°)
Non sinceri 1.

Die XXVIII Januarii in Rogatis.

Quod scribatur nobili viro Marco Longo oratori nostro ad Illustrem dominum Marchionem Montisferrati ut infra

Siando sempre la nostra Signoria desiderosa a tutte quelle cosse che concerna la conservation del stado de quel signor Marchexe como del nostro proprio e vegiando che quelle cosse che nuj sentimo el dito signor abia notitia nuj ve mandemo qui inclusa la copia de una letera dell'Illustre Signor Ducha de Millan scritta al Magnifico Conte Carmignola nostro Capitanio general e volemo che vuj debie quella al dito signor mostrar, et azo che lui sia informado debie

[illegible] conservazion e ben del stado so(c)ià
[illegible] magnifica comunità de Fiorenza e nuj avemo delibe-
rado mandar ala presentia del ducha de Milan do hono-
revoli ambassiadori zoe per parte nostra el nobel ho-
mo Andrea Contarini e per parte de quella comunità de
Fiorenza Lorenzo di Medici al presente qui a Veniexia
[illegible]ando i quali ambasciatori prestamente de qui par-
tirà e speremo che la cossa bona conclusion diebia
aver perchè per parte de quella magnifica comunità
de Fiorenza e nostra ogni cossa possibele se farà.
[illegible] avemo recevude vostre letere e del dito signor mar-
chexe dade adì XXI del mexe de decembrio passado
de la continentia de le qual nuy semo informadi et
havemo inteso quello vui scrive cercha i danari
sforzati per quel signor oltra i primi ducati quat-
tromillia e che la nostra signoria se alleviadi de quelli
etc. E responde[m]ove che el ne piaxe quello vui seri-
ve. E si volemo che tolto el tempo habele e congruo
vui debie comparer ala presentia de quel signor e
chon quelle parole che ~~[illegible]~~ [illegible] a vui parerà vui ghe de-
bie dir che considerado quello lui ~~[illegible]~~ ne ha scrito
cercha la dita facenda et el conforto lui prende. Nui
[illegible] contenti che oltra i primi ducati quattromillia
sforzadi el spende de li nostri denari a parte a par-
te fin ala summa de ducati mille oro per quel mo-
do che meio a lui parerà per aidar la dita facenda, per-
chè considerado como el dito signor vederà in la dita copia
el se comprende per la intention del ducha de Milan
el poderse sperar che i fati de quel signor per bona voja
chon el dito ducha procederà et etiam Dio che in questo nuovo

mie avanti che questa nostra intention vegna [illegible] rece-
udo i ambassiadori nostri sera stadi ala presentia
del ducha de Milan et se pora veder de tempo in tempo
como le cosse procedera.

De parte 98. De non 13 – Nonsinceri 2.

Recevessimo insuper a un vostre lettere e de quel signor de
di thinque e de di VII del presente fazando mention de la so-
prascritta materia e che nuj provedemo de mandar i denari
extorsadi e de le novita vuol far el vescovo de Aste e de la
ferma de le zente etc. E respondemo che de li ducati
m sborsadi e questi mille che scrivemo dovese sborsare
presto la nostra Signoria provedera chel ditto signor
li havera. Al fato del veschovo de Aste, nuj ve mandemo
la copia de una letera la qual nui avemo scrito al Du-
cha de Milan sora la dita caxon azo che vuj la mo-
stre a quel signor e veda la disposition de la nostra
Signoria a la conservation del stado so. Ala parte vera-
mente de la referma de le zente vui ave refermade
etc. el ne piaxe quello vui ave fato per la qual re-
ferma, considerando i denari nui ve mandessemo
per la dita caxon vedemo quelli denari esser suffici-
ti perche a ducati otto per lanza al mexe i diti denari
son [illegible] per un anno a pagamento de le dite zente.

(carte 66)

Die XXX Januari in Rogatis

Quod magnifico Capitaneo nostro generali scribatur ut infra.

[illegible] diebus Magnificentie Vestre scripsimus
[illegible] litteras vestras cum copia litterarum illustris do-
mini Ducis Mediolani vobis scriptarum in illis ve-
[illegible] litteris inclusa et advisavimus Magnificentiam Vestram

quod visa ipsarum litterarum dicti ducis Mediolani con
tinentia revocavimus ambassiatam nostram ad presentiam
ipsius domini ducis iterum sicut ipse dux Mediolani
per literas suas appetere videbatur. Ceterum ut de om
nibus que sentimus Magnificentia vestra advisata sit
his inclusam mittimus vobis copiam litterarum quas noc
turne ab eodem domino duce Mediolani per Caballarium
suum proprium recepimus que litere valde dissonant ab
ea intentione quam in aliis literis suis vobis scri
ptis habere demonstrabat. Et quia sicut videbitis hinc
est dubium aliquod novitatis a parte dicti Ducis nec
vellemus quod reperiamur improvisi sed provisi ad
id quod sequi posset deliberavimus istam Magnifi
centiam advisare volentes quod omnibus conductoribus
gentium nostrarum armigerarum per literas vestras
mandetis quod stent in puncto et ordine cum sociis
suis ita quod si opus esset quod equitent equitare
presto possint et facere honorem nostri dominij
vosque advisamus quod nulli Conductorum nostrorum hoc
scribere disponimus sed solum advisare vos tamquam
Capitaneum Generalem nostrum ut id sciatis quod officio
vestro spectat faciatis.

De parte 114.
De non 1. (aut ...)
Non sinceri 0.

Die XXX Ianuarij in Rogatis

Quod illustri domino Duci Mediolani scribatur in ista forma
videlicet

Illustris et Excelse frater Karissime. Hoc mane reddite no-

... sunt litere vestre fraternitatis date die XXII men
sis huius, que cum valde dissonent ab illis, quas ...
... magnifico Comiti Carmignole generali Capitaneo
nostro scripsistis nobis profecto admirationem non
exiguam attulerunt. In illis enim superioribus
literis affectuose quam maxime dicebamini quod circa
negotia illustris domini marchionis Montisferati mo
dus et forma reperiretur ut omnium errorum materia
de medio tolleretur ut utrinque quiete pacifice viveretur pro
inde ~~quam~~ requirebatis quosdam ex nostris ad excellen
tiam vestram mitti ut huic bone intentioni execu
tio dari posset ac virum nobilem Andream Contareno
dilectum et honorabilem Civem nostrum ut ad vos
mitteretur specialiter nominastis. Quarum literarum
serie intellecta cum magnifica communitas florentie
et nos eam ipsam affectionem ac summum desiderium
habuerimus magisque continue habeamus ut videlicet
pax ista inviolata servetur omnisque inconvenien
tiarum et errorum ~~cum~~ causa ubicumque accidere possit pe
nitus absidatur. Statuimus ad Excellentiam Vestram mit
tere nostros honorabiles oratores videlicet Egregium Lau
rentium de medicis pro illa Magn.ca Communitate Florentie
et prefatum Andream Contareno nomine nostro qui
ambo iam ad iter accincti erant suntque infra biduum
recessuri et ad presentiam vestram venturi nomine li
ge per quorum adventum considerata ea bona intentione
quam et vestra excellentia et liga ad tranquillitatem et
pacem habent nil dubitamus quod in factis prefati
domini marchionis talis modus et forma reperietur si
cut excellentia vestra scripsit, quod sublatis difficultati

tus et moribus quibuscumque pax ipsa ac mutua fra-
ternitas conservaretur. Provide itaque excelsam frater-
nitatem vestram rogamus ut a quibuscumque iniurijs
et molestijs prefati illustris domini marchionis atque
suorum abstinere placeat et facere abstineri ne ma-
iora scandala et inconvenientia subsequantur. Nam quem-
admodum sepenumero alias diximus omnem no-
vitatem et molestiam que iamdicto domino Marchioni
inferretur liga habebit sibi ipsi esse illatam. Super
quibus gratum nobis erit habere ab excellentia vestra
responsum.

De — parte 106.
De — non 8. (carte 68.).
Nonsinceri 4.

---

die quinto februarij in Rogatis

Quod fiat commissio nobili viro ser Andree Contareno
ituro Ambaxatori nostro ad illustrem dominum ducem Me-
diolani in hac forma videlicet.

Nos Franciscus Foscari dei gratia Dux Venetiarum
Committimus tibi nobili viro Andree Contareno dilecto civi
nostro quod vadas noster honorabilis Orator ad presentiam
illustris domini Ducis Mediolani simul cum spectabi-
li et egregio viro Laurentio de Medicis honorabili Oratore
Magnifice Communitatis Florentie cum commissione
et ordine infrascripto. In quo non dubitamus quod
cum oratore magnifice communitatis Florentie ex toto
concurret volumusque ac tibi expresse mandamus super
omnia quod numquam vadas solus ad presentiam pre-
fati domini ducis nec secum loquaris nec aliquid,

[illegible]stices solus sed omnia dicas et facias presente prefato Oratore ac cum eius voluntate et bono consensu, ita ut omnia dicantur et fiant unito nomine lige, volumus quoque quod ipsi Oratori hanc nostram commissionem ostendas ad eius plenariam advisationem.

Primo quidem volumus quod quando eris simul cum dicto Oratore ad conspectum prefati domini Ducis presentatis literis credulitatis factisque salutationibus et oblationibus congruis exponatur. Quod superioribus diebus Excellentia sua per eius Oratores exponi fecit tam Florentie quam hic nonnulla super quibus conqueritur et gravari videtur de illustri domino Marchione Montisferati conf[illegible] cum [illegible] ~~[illegible]~~ etiam scripsit literam unam Magnifico Comiti Carmignole nostro Capitaneo Generali datam die secundo januarii cuius copiam tibi dari fecimus in qua etiam de ipso domino Marchione conqueritur, ac inter cetera hortabatur ut mitteremus ex nostris ad eius Excellentiam quoniam indubie credebat quod ex colloquio cum eius celsitudine habendo apponeretur aliqua bona forma de qua remaneremus ample contenti quodque non esset litigandum nec [illegible] remotas causandum pro factis ipsius domini Marchionis propter quas causas ipsa magnifica comunitas et nos cupientes omnia facere que pacem nutriant conservare ac omnium scandalorum et inconvenientiarum causas abscidere ut hinc inde quiete et ~~[illegible]~~ paterne vivatur tam in capitibus quam in membris deliberavimus vos ambos mittere ad excellentiam suam ad audiendum et intelligendum nomine lige omnia que dicere et proponere voluerit, et quam formam concepit circa facta ipsius domini Marchionis, ~~[illegible]~~ ac circa omnia

que producere possint hunc verum effectum tranquilli-
tatis et pacis quodque dispositi et parati estis ex parte
vestra exponere omnia ingenia vestra et adhibere omnem
operam et diligentiam possibilem ut tales rancores et diffe-
rentie ex toto tollantur, quodque pax ista tam inter par-
tes principales quam in omnibus earum confederatis a-
derentibus et Recommendatis deo dante inviolabiliter ob-
servetur. Et cum his et consimilibus verbis vocares si-
mul cum ipso oratore ~~sen~~tire et intelligere totum quic-
quid idem dominus dux dicere voluerit circa facta
prefati domini Marchionis, ac quem modum et for-
mam imaginatus est in ipsis factis pro bona exe-
cutione illius effectus quietis et pacis sicut in illa
eius litera cavebatur.

Auditis autem his que dicere et proponere volet, videtur no-
bis quod aliter fieri non possit quam dicere quod cum ipsa
negotia pertineant singulariter ad dominum Marchionem
oportet volendo illa bene exponere quod sitis etiam cum
ipso domino Marchione quodque proinde vos ambo ire-
tis ad eum et speratis taliter operari quod res ille
deo dante ad optatum exitum deducentur et sic sum-
ptis omnibus possibilibus advisationibus de intentione du-
cis, Tu simul cum dicto Oratore si sic sibi videbitur
ut speramus ibis ad prefatum dominum Marchionem.
Si vero dux ipse conquereretur de dicto domino Ma-
rchione sicut hactenus fecit, aut aliter se gravari voluit
quod difficile nobis est credere quod idem dominus Ma-
rchio aliquid fecerit ~~quam~~ contra debitum et honorem suum
sed quod disponitis ire ad ipsum dominum Marchionem,
cum etiam audietis dispositi operari et facere omnia.

possibilia ut res iste ad quietem et bonam concor-
diam reducantur, procuretisque mitigare animum du-
cis et eum inducere ad vivendum cum prefato domino
Marchione pacifice et quiete, et ad habendum et tra-
ctandum eum amicabiliter et fraterne tanquam colli-
gatum et fratrem lige, sicut merito facere debet ex for-
ma pacis, utendo in hac materia illis convenientibus
verbis et prudentibus modis qui vestre sapientie videbun-
tur. Et de omnibus que praticabuntur et habebuntur
a dicto duce et que quomolibet occurrent debeas nos
per tuas literas distincte et particulariter informare ante
quam vadas ad dominum marchionem.

Et quoniam nobis necessarium omnino videtur sicut
prediximus volendo bene intelligere omnia in ista materia
domini Marchionis ac reducere ista negotia ad optatum effe-
ctum tranquillitatis et pacis audire etiam et intelligere
ipsum dominum marchionem et facta sua ut omnia
convenientius tractari et perfici possint. Volumus ut
prefertur quod auditis et bene intellectis omnibus que vos
ambo habere poteritis a prefato domino duce vadas si-
mul cum prefato Oratore magnifice Communitatis Flo-
rentie ad ipsum dominum marchionem Montisferrati
cum literis credulitatis tibi exibitis quem salutabis et
hortaberis cordialiter et fraterne tanquam colligatum
et fratrem lige faciendo oblationes congruas sicut
prefato Oratori ac tibi videbitur expedire pro honore
lige et hortamine ipsius domini Marchionis declaran-
do sibi causas propter quas ivistis ad illas partes et
omnia que habueritis a domino duce Mediolani
Audiendo quoque et intelligendo quicquid ipse dominus

Marchio dicere velit tam ad eius executionem quam circa ea de quibus se gravatum et lesum reputat a Duce Mediolani. Et demum per omnes modos possibiles et honestos procurare debeas et instare simul cum dicto oratore quod ille altercationes et differentie sopiantur et ea toto tollantur, ita ut utrinque pacifice et fraterne vivatur. Et ut hic effectus quietis et pacis locum habeat sicut liga desiderat adhibeas omnem operam et diligentiam possibilem simul cum oratore predicto quoniam nil nobis gratius esse posset. Relinquimusque in libertate tua simul cum dicto oratore eundi et redeundi ad utrumque ex dictis dominis semel et pluries ac servandi illos modos in isto tractatu qui vestris prudentiis videbuntur, ut ad bonum exitum deducatur per modum quo domino Marchio reputet se securum ac bene confidere possit de Duce Mediolani et gaudere beneficio pacis tanquam confederatus lige. Sed inter altera tibi reducimus ad memoriam quod studeas videre conclusionem rerum istarum quanto celerius sit possibile ut liga possit intelligere facta sua, et ne forte dux Mediolani sub longis tractatibus teneat vos in verbis ac sub velamine presenti visi querat facere facta sua cum damno et preiuditio lige.

Si vero casus occurreret quod dux Mediolani fortasse non vellet habere concordiam vel tranquillitatem cum ipso domino Marchione et processisset seu procedere vellet ad eius offensas, procures simul ac dicto Oratore retrahere eum a tali opinione, demum dicendo et expresse declarando sibi nomine

lige, quod liga habet et tenet ac habere et tenere intendit prefatum dominum marchionem pro colligato suo ac in omni casu defendere et conservare eum et statum suum tamquam colligatum lige donec decisa et terminata fuerit differentia que pendet super ista materia. Et ut prefato oratori magnifice communitatis Florentie atque tibi nota sit opinio nostra in omni casu nobis videtur quod vos ambo recto tramite dirrigetis iter vestrum ad civitatem Mediolani ubi sicut credimus reperietis prefatum dominum ducem. Et si ibi non esset habita informatione de loco ubi erit, vadatis dirrecte ad eius presentiam absque alia expectatione. Si vero vobis scriberet aut notificari faceret in itinere vel quando eritis Mediolani aut alibi quod vos reducere deberetis ad aliquam terram vel locum ex suis ubi etiam ipse diceret velle personaliter interesse, videtur nobis quod servandus sit ordo quem dabit dummodo eius presentiam adeatis ac secum conjungere possitis, ac sibi dicere et ab eo audire ea que fuerint oportuna. Nam intentio nostra non est sic firmiter credimus etiam esse prefati oratoris magnifice communitatis Florentie tam pro honore lige quam pro utilitate rerum gerendarum quod ista negotia exponantur vel tractentur aliter quam in presentia ipsius ducis. Et si vellet deputare auditores et praticatores nobis omnino videtur quod saltem in prima expositione et pratica esse debeatis cum excellentia sua et ab eo intelligere eius intentionem. Et postea secundum rerum exigentiarum vel secum vel cum deputatis ab eo possint tractari et minutius declarari ea que

essent.

Si vero dux vos audire non vellet dici poterit quod id eo est quod dominia vestra credebant considerata continentia litere sue quam scripsit magnifico Comiti Carmignole et quod dominia vestra vos miserunt cum certa intentione atque commissione quod esse deberetis cum excellentia sua. Et quod non intenditis aliter facere nec transgredi mandata que habetis a dominiis vestris et in hac opinione perseverandum est pro honore lige.

Si accideret quod dux non vellet quod iretis ad dominum marchionem montisferati aut si vellet quod idem dominus marchio mitteret ad vos oratores suos et quod non iretis ad ipsum. Respondendum erit quod valde miramini sed multo magis mirabuntur dominia vestra que miserunt vos ad finem pacis et concordie et vobis restringatur arbitrium eundi ad ipsum dominum Marchionem et quod certissime credebatis, quod non modo vobis qui in hac parte dominia vestra representatis sed quibuscumque aliis ex subditis lige licitum esse deberet eundi redeundi et standi ubicumque et qualitercumque vellent sicut conceditur ex forma pacis. Et quod postquam intentio sue excellentie est talis non intenditis [illegible] ulterius in [illegible] sed vultis scribere dominiis vestris et [illegible] patientia non procedendo ulterius ad aliquam practicam donec a dominiis vestris habebitis aliud mandatum. Ad replicationem etc.

Commissio

[illegible] carte [illegible] — da carte 70 a 71 (1)

die VII februarii in Rogatis

Quod respondeatur magnifico Comiti Carmignole Capita-
neo nostro generali ut infra:

Omnia que per literas vestras datas primo mensis in-
stantis significastis nostro dominio relata vobis per
Christophorum Zilino venturum nuper ad vos, non respon-
dendo ad ea que primo vobis dixerat antequam in partibus
Brixiensibus accederetis, intelleximus. Intelleximusque respon-
sionem quam eidem Cristophoro fecistis que nobis pla-
cuit et que videtur in literis vestris contineri illustrem
dominum ducem Mediolani appetere habere vobiscum
colloquium. Magnificentie vestre respondemus quod num-
quam vobis consuluimus nec consulere volumus quod
persona vestra aliquo vadat quo in sua libertate non
sit et disponere possit ad eius libitum. Et considerantes
ea que ipse Christophorus nunc vobis dixit volumus
quod consideretis quot difformitates sunt in ista
materia a parte ducis predicti, quoniam si bene con-
sideratis id quod ipse dux vobis scripsit per literas
suas datas ~~[illegible]~~ secundo mensis Januarii, quarum co-
piam nobis ~~[illegible]~~ misistis et deinde id quod nostro
dominio scripsit per literas suas datas XXII mensis
predicti copiam quarum vobis misimus et modo id
quod vobis dicere fecit per Christophorum predictum
et ulterius considerato quod sentitur ducem Medio-
lani conduxisse ad sua stipendia Nicolaum de Tollentino
cum lanceis quadringentis et quod dictum gen-
tes retinere querit et quantum hec dissonant
et sint difformia dimittimus Magnificentie vestre
considerare que sapientissima est et bene omnia

[illegible] obit et [illegible] fuit. [illegible] ius quia requisivistis habere literas a prefato duce cum quibus dicitis venire Venetias ad presentiam nostram. Volumus quod si non habebitis dictas literas illas amplius non requiratis habere et si habebitis ipsas vos non moveatis nec veniatis Venetias sed eas nostro dominio mittatis quia si tam cito habitis dictis literis moveretis vos pro veniendo Venetias nimia in hac re aviditas ostenderetur.

De parte — 102.
De non 1. (carte 73.)
Non sinceri 0

MCCCCXXIX. die XXIV. februarij in Rogatis.

Quod respondeatur magnifico Capitaneo generali ad eius literas in hac forma videlicet.

Superioribus diebus literas Magnificentie vestre recepimus quibus nos advisatis habuisse literas a domino duce Mediolani et ob id requiritis posse venire ad presentiam nostram etc. Ad quas vestre Magnificentie respondentes dicimus quod quia veridice informati sumus per diversas vias Ducem Mediolani quesivisse et querere diversis modis et viis opprimere et inquietare statum illustris domini Marchionis Montisferrati et habito respectu ad transitum Nicolai de Tolentino euntis ad stipendia predicti ducis ut dicitur vadit allogiatum in glara Abdue, nobis non videtur attentis premissis quod Magnificentia vestra pro presenti veniat ad nostram presentiam. Sed mittere velletis nobis literas quas ab ipso duce habuistis re-

clariando Magnificentie Vestre quod pro omni bono respectu volumus ut poni faciatis in tali modo et ordine omnes gentes nostras equestres et pedestres sicut alias vobis scripsimus quod possitis exercitare et facere cum illis iuxta mandata nostra.

De — parte 78.

Quod respondeatur magnifico Comiti Carmignole Capitaneo nostro generali ad literas quas rescripsit nostro dominio lectas huic consilio de licentia veniendi Venetias etc. ut infra.

Intellectis literis vestre Magnificientie datas quartodecimo mensis instantis quibus requiritis licentiam veniendi ad presentiam nostram etc. magnitudini vestre respondemus quod sumus contenti et nobis placet quod ad omne beneplacitum vestrum ad nostram presentiam veniatis. Et licet expediens non sit tamen Magnificentie Vestre memoramus quod ante recessum vestrum de inde in gentibus nostris talem ordinem apponatis pro his que pridem vobis scripsimus et pro aliis que possent occurrere quod omnia in bono ordine resideant quodque aliquis desordo in gentibus nostris non interveniat et veniatis informatus de conditione gentium nostrarum et de omni alia re que opportuna esset ad conferendam nobiscum pro faciendo ad ea si opus erit debitam provisionem et quanto citius venietis tanto melius erit et prestius poterit provideri.

De — parte 51.

De — non 3.

Non sinceri 3.

(carte 79.)

1426. Die XXI. Martii in Rogatis.

Cum magnificus Comes Carmignola noster capitaneus
cum aliis venerit ad presentiam nostri dominij ac presen-
taverit litteram sibi scriptam per ducem Mediolani
ac in substantia dixerit quod non est dispositus nec
in hoc nec in aliis quibuscumque rebus recedere a mandatis
nostris Et quia non vellet credens bene facere fortasse
posse errare supplicat nostro dominio quod dignemur
clare sibi loqui et aperire libere mentem nostram. Nam
si dominatio nostra deliberabit et dicet quod in materia
presenti et etiam in futurum non se impediat in talibus
negotiis et quod non det aures aliquibus verbis ducis
Ipse respondebit seu respondere faciet Duci in tali for-
ma quod credit quod numquam molestabit eum pro si-
milibus causis. Certificans nostrum dominium quod
de omni deliberatione nostra contentissimus rema-
nebit et quod est et intendit esse fidelissimus et obediens
nobis sicut quilibet ex notabilibus et civibus nostris etc.

Vadit pars quod respondeatur sibi quod intellectis his
que nobis exposuit, visisque literis sibi scriptis per
Ducem Mediolani primo certificamus suam magni-
ficentiam quod facimus illam opinionem de sua
magnificentia ac de eius fide et legalitate quam fa-
cimus de nobis ipsis et de hoc sit ita certus sicut
de aliqua alia re certiore quam habeat in hoc mundo.
Et subsequenter certificamus eum quod continue
habuimus et habemus illam considerationem et af-
fectionem ad salutem et conservationem magnifice per-
sone sue quam habuimus et habemus ad propriam
personam nostram et propter sibi consulimus ut non

intentionem. Sed consideratis his que idem dux per
literas suas dixit habitaque consideratione ad modos
quos hactenus observavit et servat tam cum orator-
bus lige quam aliter in multis actibus suis clare
cognoscimus quod iste litere quas scribit et actus
quos servat non procedant quia appetat pacem sed
querit cum his artibus et ostentationibus dare ad in-
telligendum aliis quod vellet pacem et concordiam
et sub his dilationibus et variis praticis nititur dis-
solvere ligam et ~~[illegible]~~ eminere suspicionem et tamen
continue querit facere facta sua et nunquam perma-
net in uno proposito. Nam si bene considerantur ea
que jamdudum agitata sunt tam hic quam Florentie
et Rome ac in Ferraria et nunc in missione huius
ambassiate lige et qualiter eam tractaverit et quid
fecit et facit in factis domini marchionis Mon-
tisferati ac si considerantur varie litere scripte tam
nostro dominio quam sue magnificentie per ipsum
ducem cognoscetur eum nunquam stetisse in uno
eodem proposito clarissimeque videbitur quod eius inten-
tio non est inclinata ad pacem sed artificiose procedit in fa-
ctis istis et sub istis dissimulationibus querit decipere et illa-
queare ligam et suam magnificentiam sed speramus in divina
gratia quod iste eius artes et duplicitates intelligentur. Et
quantum attinet ad suam magnificentiam dicimus scit semper
diximus et suasimus quod nullo modo sciremus consulere
nec quantum ad nos attinet consentire quod iret aut se repe-
riret in aliquo loco ubi non foret in eius propria liber-
tate quoniam bene scit sicut infinitis vicibus notis dixit
qualiter potest de ipso duce confidi. Et ad evitanda omnia

... mem ... et ... clare clementer cum sua magnificentia sicut requisivit. Dicimus quod intentio nostra est quod cum illis convenientibus modis qui sue magnificentie videbuntur quod se retrahat ab his praticis et non det aures verbis ducis. Imo quod loquatur seu dici faciat dicto duci in tali forma quod clare intelligat et quod non habeat causam in futurum dici faciendi talia vel similia sue magnificentie. et quanto clarius dici faciet duci hanc intentionem tanto magis placebit nostro dominio ut dux omnino se retrahat ab his praticis in futurum. Et hec est intentio nostra quam sibi clarissime dicimus pro satisfaciendo requisitioni sue magnificentie.

De — parte 130.

De — non 0. (c. 91. e 91t.º)

Nonsinceri 2.

M.CCCCXXX. die XXV. Martii in Rogatis

Cum egregius vir Cristophorus Gilinus orator illustris
domini ducis Mediolani venerit ad presentiam no-
stri dominij ac sub eius credentialibus literis primo
naraverit qualiter alias fuit ad presentiam magnifici
Comitis Carmignole nostri Capitanei Generalis in
terra Clarij et quid sibi tunc exposuit pro parte di-
cti ducis antequam iret in forum Julium et ex inde quid
per ipsum Comitem responsum fuit nostro nomine
et subsequenter omnia que dicta et scripta sunt X inter
ipsum ducem et oratores lige ad eius presentiam exi-
stentes, ostendendo et declarando optimam disposi-
tionem quam habet dux ad vivendum in pace
et bona tranquillitate cum nostro dominio et cum
magnifica Comunitate Florentie et ad habendum
invicem bonam intelligentiam et fraternitatem et
ad removendum omnes causas suspitionum et diffe-
rentiarum ut animi partium ponantur in quiete et
quod utrique vivatur cum illa sinceritate quo vivere
consueverat antequam esset aliqua discordia inter par-
tes et quod possit esse et stare cum nostra liga sicut
sunt dominus Marchio Ferrarie et dominus Mantue
cum nostro dominio offerens facere omnes declara-
tiones et cautiones que nostro dominio videbuntur
pro bona executione huius sue intentionis ac cassare
de gentibus suis et facere iurare Capitaneos qui sibi
remanebunt in manibus lige quod si contrafaciet es-
se debeant contra eum ad mandatum lige etc. Et
demum continuando quod idem dominus dux sentiens
prefatum Comitem Carmignolam venisse Venetias

X hinc inde de passuum in pollicem usque ad hanc diem. Et insuper ea que dicta et predicata sunt

[illegible] mittere eum ad presentiam nostram ad
exponendum eius sui conceptam intentionem. Et quia
licet alias requisiverit quod idem comes se reperiat
personaliter ad loquendum secum simul cum nostris
ut ipse Comes qui dudum tractavit et praticavit
mores et negocia tam nostri dominij quam ipsius
Ducis tamquam medius ac bene informatus posset se
interponere et circa ea reperire de modis convenienti-
bus ad removendas has omnes differentias hinc inde
vertentes et ad producendum illum effectum quem su-
pradixit. Tamen nunc dicit quod non requirit nec
instat quod idem Comes loquatur secum sed postquam
est hic ad presentiam nostram contentus est quod ista
consultarentur et fiant hic absque quod ipse dux di-
cat vel declaret aliud de sua intentione ut detur re-
quies partibus et statibus suis ac toti Italie atque
non sit opus vel Rome, vel alibi habere hos labores.
Et facit has tres conclusiones primam videlicet. Quod
contentus est quod prefatus Comes Carmagnola hic
in presentia nostra solus dicat deliberet et diffi-
niat quicquid sibi videbitur et placebit in modo
et forma bene vivendi invicem et removendi omnes
suspitiones. Secunda conclusio est quod si idem
Comes deliberabit et dicet quod illustris dominus
Marchio Montisferrati remanere debeat collicatus
lige, idem dux remanebit contentus et tacitus.
Tertia est quod in differentiis locorum territorij
Cremonensis et confinium suorum occasione facta
illorum de Flisco etiam contentus est stare ut ii
quod dicet et terminabit idem Comes Carmagnola

[illegible] suis in omnibus dictis [illegible]

et aliis quibuscumque [illegible] contentis [illegible]

Comes dicat et deliberet, cuicumque sibi credatur et cui

omni sue deliberationi credit etiam si diceret et or-

dinaret quod daret in manibus nostri dominii [illegible]

[illegible] porte Iovis Mediolani in quo est [illegible] sua.

Et quod bene posset esse quod idem Comes diceret et te-

minaret de rebus adeo illicitis et inhonestis quod idem

dux haberet causam conquerendi et gravandi de ipso

Comite, sed tamen qualiscumque fuerit deliberatio sua

illam observabit et executioni mandabit ex parte sua

omni exceptione remota. Vadit pars quod de supra

scripta expositione dicti Christophori Gilini con-

feratur per dominium et collegium cum prefato ma-

gnifico Comite Carmignola nostro Capitaneo Gene-

rali et audiatur ab eo id quod videbitur opportunum.

Et postea antequam aliquid respondeatur dicto ora-

tori Ducis Mediolani veniatur ad istud consilium

et providebitur quid respondendum et agendum fuerit

in ista materia.

De — parte 90

De — non 41. carte 92. 1.

Non sinceri 16.

Die XXVI Martii in Rogatis.

Quod egregio Christophoro Gilino Oratori illustris

domini Ducis Mediolani ad ea que exposuit, [illegible]

ter quod intelleximus omnia que retulit et proposuit

pro parte illustris domini sui Ducis, et ad partem

[illegible] suam dicit ipsum dominum suum esse bene dispo-

..ium ad pacem et ad bene vivendum cum magnifica
Communitate Florentie et cum nostro dominio dicimus
quod nec eadem est disposito dicte magnifice Commu-
nitatis et nostra.

Ad ea autem que proposuit de modo observando pro
veniendo ad suprascriptam intentionem dicimus quod
in talibus rebus requiritur libertas et mandatum pu-
blicum et autenticum sicut bene scit, ideo scire vel-
lemus ab eo si est fultus libertate et mandato suf-
ficienti in ista materia.

Et si dicet habere mandatum et illud ostendet in suf-
ficienti forma, ex nunc acceptetur modus per prosium
ser ipsum ducem et prosequi debeat in materia si-
cut fuerit oportunum.

Si vero diceret non habere aliud mandatum sed
quod vult scribere, vel ire personaliter pro haben-
do mandatum oportunum. Eo casu dicatur quod con-
tenti sumus quod vadat vel scribat sicut sibi videbitur
sed quia iste sunt res talis nature que non sunt tra-
hende in tempus suademus sibi quod solicitet habe..
presto intentionem domini sui in ista materia ut
et nos conclusive deliberare possimus.

Et ex nunc sit captum quod de expositione facta
per dictum Christophorum sive de eius effectu detur
notitia Magnifice Communitati Florentie ac de nostra
opinione ac oratoribus lige Mediolani [oratoribus] stan-tibus
et M. Comiti Carmignole nostro Capitaneo Generali.
Quando vero occurrent quod idem Christophorus diceret
velle ire vel scribere pro dicto mandato habendo ut su-
pra et quod reddit se certum quod dominus suus mittet.

mandatum in sufficienti forma et faciet cum effectu id quod proposuit aut alia similia verba et petet scire et declarari de nostra intentione. In hoc casu dicatur sibi quod ut intelligat nostram bonam intentionem quam habemus ad bonum vivendum et pacem, et ad bene vivendum mittente dicto domino suo duce sufficiens mandatum super his que proposuit Nos ex nunc dicimus quod erimus contenti de modo quem proposuit de persona M. Comitis Carmignole ut omnibus differentiis finis pacificus imponatur et ut utrinque bene vivatur sicut liga declaraverat.

De — parte 129. 1 carte 92 t.° e 93.

Quod Excelso Christophoro Gilino oratori illustris domini ducis Mediolani ad ea que exposuit respondeatur quod intelleximus omnia que retulit et proposuit pro parte illustris domini sui Ducis. Et ad partem per quam dixit ipsum dominum suum esse bene dispositum ad pacem et ad bene vivendum cum magnifica Communitate Florentie et cum nostro dominio, dicimus quod hec eadem est dispositio dicte M. Communitatis et nostra

Ad ea autem que proposuit de modo observando pro veniendo ad suprascriptam intentionem dicimus quod in talibus rebus requiritur etiam aliud quam verba sicut bene scit ideo scire vellemus ab eo si est fultus libertate et mandato sufficienti in ista materia.

Et si diceret habere mandatum et illud ostendet in sufficienti forma. Ex nunc acceptetur modus propositus per ipsum ducem. Si vero diceret non habere mandatum aliud, tunc in isto casu sibi debeat responderi quod res

per dominum suum proposite sunt tales, [illegible] quod requiritur de illis habere aliquam firmitatem que in omni tempore apparere possit ut non possit per aliquam partium unquam contradici. Et ideo, postquam non habet libertatem obligandi dominum suum remanendi contentum de his que per M. Comitem Carmignolam dicentur ipse potest reverti Mediolanum ad dominum suum cum per ambassiatores tunc qui sunt ad eius presentiam faciemus sibi inde nostram intentionem dicere.

Et scribatur ser Andree Contareno oratori nostro apud Mediolanum in hac forma.

Illustris dominus Dux Mediolani ad nos misit Egregium Christoforum Gilinu pro oratore suo qui heri in nostram venit ad nostram presentiam et inter alia per ipsum exposita nostro dominio parte dicti Ducis, proposuit qualiter dictus dux erat dispositus bene vivere et in pace cum ista communitate Florentie et cum nostro dominio et quod propterea erat contentus quod in differentiis que sunt inter ipsum Ducem et illustrem dominum Marchionem Montisferati et in differentiis Cremonensis territorii et in confinibus illorum [illegible] M. Comes Carmignola capitaneus noster generalis sit cognitor et diffinitor qui Comes Carmignola possit terminare diffinire et facere sicut sibi videatur super illis et quod ipse Dux Mediolani de omni deliberatione et terminatione quam ipse Comes faciet remanebit contentus. Circa quam expositionem nos postulavimus dictum Christoforum si habebat a domino suo duce mandatum sufficiens qui dixit non habere aliud mandatum a domino suo et tunc sibi diximus quod res per dominum suum proposi

te sunt talis nature quod requiritur de illis haberi ali-
qua firmitudo que in omni tempore reperiri possit,
nunquam per aliquam partium contradici possit. Et
quod postquam non habebat libertatem obligandi domi-
num suum ad remanendum contentum de his que per M.
Comitem Carmignolam decidentur, everti poterat ut do-
minum suum cui per ambassatores lige qui erant ad eius
presentiam dicere faceremus intentionem nostram. Ste-
mus ergo quod de hac materia conferatis cum spectabili
oratore Magnifice Communitatis Florentie Laurentio de Me-
dicis et quod eique dicatis quod consideravimus modos
propositos per Ducem Mediolani quod forent valde utiles
et boni pro liga et esset ponere ligam in pace quod valde
nostro dominio placeret et sic credimus quod placeret ma-
gnifice Communitati Florentie. Et ideo videretur nobis si
sic sibi videretur quod ambo compareretis ad presentiam
ducis Mediolani et sibi diceretis qualiter sui parte
ad nostram presentiam fuit predictus Christophorus,
narrando dicto duci expositionem predictam per
ipsum Christophorum factam et responsionem quam
ei fecimus et qualiter existentibus rebus propositis
per excellentiam suam de natura quod requiritur de
illis haberi firmitudo que semper appareat ut non
possit unquam per aliquam partium contradici
lige videtur necessarium quod de huiusmodi sua pro-
positione appareat aliqua claritudo in scriptis in
sufficienti forma per quam appareat quod partes
sint contenti standi omni deliberationi que fiet
per eundem M. Comitem Carmignolam in differentiis
predictis. Et ex nunc vobis damus libertatem possendi

facere unam claritudinem ipsi Duci Mediolani no-
mine nostri dominij. Et facta ipsa claritudine
dicere debeatis Duci predicto quod sibi placeat mit-
tere unum de suis ad presentiam M. Comitis
Carmignole cum pleno mandato et sufficienti li-
bertate ab eo pro conclusione et ratificatione pro-
positorum per ipsum Ducem. Et quia dubitamus
ne hoc sit de astuciis solitis Ducis Mediolani
pro ducendo res in longum. Volumus quod sitis soli-
citi ad habendum conclusionem predictorum a Duce
Mediolani, advisando nos celeriter de his que fatietis
ad nostri informationem.

De —— parte 3.

De —— non 22. (carte 93 a 93t°.)

Non sinceri 5.

MCCCCXXX. XVIII. Aprilis in Rogatis

Quoniam bonum est potius viva voce quam per literas ad-
visare M. Comitem Carmignolam nostrum Capitaneum
generalem de his que habentur ab oratoribus nostris exi-
stentibus in Mediolano ut videat varietatem et inconstan-
tiam ducis ac de novis que habentur a Magnifico Rolan-
do Palavicino ut cognoscat quod dux Mediolani dicit
unum et facit aliud et quod sub specie huius pratice
quam ostendit tenere per medium sue Magnificentie
facit facta sua ac decipit nos et suam Magnificentiam.
Vadit pars quod collegium mittere debeat unum nostrum
nobilem ad ipsum Capitaneum generalem qui secum por-
tet literas habitas de Mediolano et a M. Rolando Palavicino
ut ipse Capitaneus sentiat omnia que habemus et ei

deat ut perfertur quod dux Mediolani decipit nos et ipsum et quod non est credendum dicto duci nec verbis suis nec aliquibus tractatis. Et ideo nobis videtur quod non debeant dari amplius aures nec fides verbis ducis, neque credi Christophoro Gilino, sed quod iste pratice debeant omnino levari, et quod sua Magnificentia dirrigat spiritus suos ad standum bene in ordine et sub bona provisione et ad tenendum gentes nostras paratas et in puncto quoniam credimus per ea que videntur de modis ducis Mediolani quod erit opus eas exercere. Et cum his et aliis verbis pertinentibus et conformibus ad hanc materiam mittatur idem nobilis ad prefatum Capitaneum generalem et data informatione suprascripta et exposita sibi nostra ~~informatione~~ intentione auditaque opinione sua ad nostram presentiam revertatur. Insuper advisetur idem Capitaneus qualiter deliberavimus pro nunc conducere pedites V^c^. de quorum numero volumus aliquid dare conestabilibus nostris, qui nobis bene servierunt. Et si videbimus opus esse providebimus de maiori numero, faciemusque alias provisiones que fuerint opportune.

De parte alii

De non 0 — Ser Daniel Victuri q. s. Nicolai civil.

Non sinceri 1. — (carte 95 t°).

MCCCCXXX. die XXI. Aprilis in Rogatis.

Quod magnifice Comunitati Florentie scribatur in forma infrascripta videlicet.

Novissime ab ambaxatore nostro una cum spectabili oratore vestro apud ducem Mediolani existente, habuimus literas sub die XV mensis instantis et cum illis copiam cuiusdam

tione eius subscriptas, eo tunc Ducis exhibite subsequenter et alias literas datas die XVII. ac copiam compromissi per ipsum Ducem facti in personam M. Comitis Carmignole nostri Capitanei generalis quod compromissum per Ducem ipsum prefato Capitaneo nostro in publica forma transmissum. Idem noster Capitaneus nobis misit quas omnes literas atque copias et ipsum compromissum pro mutua nostra fraternitate atque consuetudine spectabili oratori vestro apud nos residenti ostendimus earumque copiam dari fecimus. A quo de his omnibus certissimi sumus vestras M. notitiam habuisse. Ex his itaque ac per ea que continue postquam oratores vester et noster ad Ducem iverunt agitata sunt vestre Magnificentie videre et intelligere potuerunt quantis varietatibus et novis inventionibus usus est dux Mediolani in ista materia ac demum licet fecerit compromissum qualem reservationem seu exceptionem fecerit in rebus Januense. Ut itaque deliberatio et forma sumenda iuxta laudabiles modos mutue nostre fraternitatis de communi consensu et voluntate procedat deliberavimus more solito vestris Magnificentiis dicere nostram opinionem et si opinio vestra talis erit ad executionem deduci possit. Nobis autem videretur in quantum sic etiam vestris M. videatur quod scribendum esset oratoribus lige apud Ducem existentibus quod quanto citius eis possibile foret ad conspectum Ducis comparere studerent sibique exponerent hunc effectum quod consideratis omnibus praticis hactenus tentis ac modis per excellentiam suam servatis considerataque forma expositionis et ambassiate prime

nobis facte pro parte excellentie sue per Christophorum Gilinum et demum visa forma compromissi quod fieri fecit in personam M. Comitis Carmignole nostri Capitanei Generalis in quo excipit generaliter omnes differentias et quecumque negotia que quomodolibet pertinere possint, tam Civitati Janue quam territoriis et pertinentiis suis ac res omnium notiliium de Flisco, de Campo Fregoso et aliorum etc., sicut in ipso compromisso clarius legitur. Liga ipsa absque admiratione esse non potest videns talem varietatem et innovationem que est omnino difformis et aliena a propositione et requisitione quam fecit Christophorus Gilinus pro parte excellentie sue cum dixerit et obtulerit velle compromittere et libere remittere in prefatum M. Comitem Carmignolam generaliter omnes differentias et controversias nullo penitus exceptato quod tamen excellentia sua non negat per continentiam illius cedule seu scripture quam dictis oratoribus dari fecit die XV aprilis licet postea dicat per eius sapientes sibi fuisse consultum quod de illis negotiis Januensium non poterat facere commissionem absque consensu communitatis Janue et stantibus promissionibus seu conventionibus quas habet cum ipsa communitate et quod ideo illam facit exceptionem. Unde cum Liga cupiat et intendat clare se intimiter ac sincere et pacifice se habere non est aliquo modo disposita quod in his differentiis pro parte veniatur ad compositionem et pro parte remaneatur in lite. Nam nisi omnes controversie tollerentur. Ita deveniri

nosset ad inconveniens pro parte sicut pro toto. Nec non videtur lige pro conservatione tranquillitatis et pacis quod fiat ista divisio vel exceptio sed quod de omnibus rebus et differentiis generaliter fiat commissio et veniatur ad decisionem et sublationem omnium controversiarum et scandalorum nec est efficax neque per consequens admittenda excusatio seu allegatio ma quam facit excellentia sua respectu promissionum seu compositionum quas habet cum Pisanensibus Nam cum se dicat liberum dominum Janue, credibile est imo certum quod bene sciet et poterit providere quod illa exceptio removebitur et quod compromissum liberum erit et generale. Quodque proinde si placet excellentie sue facere compromissum liberum et generale absque aliqua exceptione sicut dici fecit et offerri per Christophorum Gilini eo casu liga contentatur simili modo facere ut ad decisionem omnium differentiarum pro conservatione pacis et augumento bone fraternitatis inter partes sublatis quibuscumque dubijs et difficultatibus realiter veniatur. Committaturque dictis Oratoribus lige quod stent in hac opinione constantes, faciantque omnem experientiam et instantiam ut sic generalis et libera commissio fiat dicantque non posse aliter facere, nec habere aliam libertatem et in hoc utantur omnibus modis et argumentis utilibus ad materiam ut veniatur ad istam intentionem. Et si contentabitur bene quidem in quo casu nobis etiam videretur quod omnino permitteret restituere et cum effectu restituant terram burgi vallis Tarri, quam

nomine occupavit nominibus de Flisco.
Si vero factis omnibus possibilibus experien
tiis omnino viderent quod dux propositum non
mutaret et in illa sua opinione excipiendi res Ja
nuensium omnino persisteret. Eo casu nobis videretur
si vestris M. similiter videatur, quod demum oratores
ipsi dicerent, quod ut res iste absque bona conclusio
ne non maneant. Contenti sunt nomine dominatio
num suarum. Quod illa exceptio in compromisso rema
neant. Sed quoniam liga non est aliquo modo dispo
sita deserere colligatos recommendatos et adherentes
suos sed ipsos tanquam membra sua conservare
atque defendere in omnem eventum. Requirit et vult
quod idem dux promittat ac per autenticum et vali
dum instrumentum se solemniter obliget non offen
dere inquietare, molestare, vel perturbare aliquem
vel aliquos tam ex nobilibus de Flisco quod de cam
po Fregoso aut alios quoscumque sive sint Januen
ses aut de pertinentiis et districtu Janue aut quo
rumcumque locorum Januensium aut cuiuscumque ra
tionis conditionis gradus et qualitatis existant qui sint
ex colligatis adherentibus recommendatis et complicibus
lige, vel qui per formam pacis ex parte lige in
ea pace sunt vel intelliguntur inclusi neque eorum
terras loca subditos sive bona directe vel indirecte
per se vel alium seu alios nec aliquo quesito colore
sicut efficatius et validius promitti poterit donec
per Rev.mum dominum Cardinalem Sancte Crucis aut per
alium ad quem pertinebit huiusmodi differentie vel
controversie si que erunt fuerint diffinite. Quodque

si quid per ducem vel suos aut eius vel illorum nomine actum vel innovatum est contra predictos aut eorum aliquem vel contra loca et bona sua. Id reintegretur omnino et in statum pristinum reducatur omni exceptione remota.

Item noviter Orator noster Mediolani existens nobis inter cetera scribit sicut iste vester spectabilis orator vidit quod propter exceptionem illam quam dux facit in compromisso suo de factis Januensium ipsis ambobus Oratoribus videtur quod dux inter cetera vellit inferre quod magnificus Comes Carmignola non habeat siedichare de Castro Calcherarum nec de Isnardo Malaspina cum dux ipse dicat Castrum Calcherarum esse de pertinentiis Janue et Isnardum esse Recommendatum Januensium. Que res in grave preiudicium Illustris domini Marchionis Montisferati converteretur cum in illis Liquida. Jura habeat Nobis videretur in casu quo compromissum illud transire deberent cum illa exceptione de rebus et locis Januensium quod fieret spetiali et expressa declaratione per Ducem. Quod propter illam exceptionem vel in illa exceptione non comprehendatur nec intelligatur aliquid quod pertineat seu pertinere possit ad ipsatum dominum marchionem Montisferati nec ad eius Colligatos adherentes subditos. Recommendatos complices Vassallos vel loca sua nec ad aliquas differentias ad illum vel illos quomodolibet pertinentes quamquam dici vel presuponi vellet quod ad Civitatem Janue vel Januenses aut territorium Janue pertinerent seu cum quibus et rebus Januensibus aliquam obli

alicuius vel eorum cum eis in aliqua re aliqualiter invenientur sed hec omnia remaneant in compromisso et ad cognitionem et arbitramentum M. Comitis Carmi pnole sicut reliqua de quibus facta erit mentio spetialis.

Hec ut predicitur est opinio nostra in ista materia, quam large et fraterne diximus quemadmodum in reliquis negotiis consuevimus ante quam oratori nostro scribamus, expectabimusque a ~~firmitate~~ fraternitate vestra superinde responsum quod ut presto sit suademus atque rogamus propter rerum importantiam Naturam. Nam habita responsione vestra si erit ut speramus huic opinioni nostre conformis scribemus et mandabimus oratori nostro ut simul cum vestro ad eius executionem intendat. Sicque non dubitamus oratori vestro mandabitis ut una cum nostro similiter exequatur. Et si dux contentabitur de modis predictis vel altero eorum videtur nobis quod tunc dicti Oratores cum bona licentia Excellentie sue ad propria revertantur.

Quando autem occurreret quod Dux Mediolani ad predicta condescendere nollet. In casu ~~[illegible]~~ esset nostra opinio. Quod oratores liga ut ulterius non staret frustra cum tanto onere. liga etiam sumerent licentiam a Duce atque repatriarent sed primo dicerent ipsi Duci quod liga requirit excellentiam suam quod velit desistere ab omni molestia et inquietatione tam nobilium de Flisco quam aliorum quorumcumque colligatorum

... entium et Recommendatorum lige et quicquid con
tra eos et loca sua innovatum et actum est in statum
pristinum reducatur. Certificandum enim quod liga
ipsa omnino disposita est et intendit conservare atque tue
ri omnia membra sua.
Videretur quoque nobis insuper Magnifici fratres. Quod pro
honore et statu lige aliter fieri non possit quam quod ve
stre Magnificentie et nos simul effectualiter et actua
liter provideamus ad defentionem et conservationem
tam illorum nobilium de Flisco quam aliorum colligato
rum adherentium et Recommendatorum lige et nul
lo modo permittamus eos per ducem opprimi quo
que inter vos et nos talis modus adhibeatur quod ad
hec omnia possit utiliter provideri. Placeat itaque ve
stris M. de eorum intentione circa predicta nos ta
liter declarare quod clare intelligamus qualiter sit
in his negotijs procedendum.
Et quoniam plurimi dies sunt quibus dux contra
illos nobiles de Flisco, seu contra levarum suam
burgi vallis Tarri fieri fecit illam innovationem
de qua informati estis. Consideravimus quod si sub
silentio transiretur, dux fortasse comprehenderet
quod liga non curaret aut forte contentaretur de his
que fecit et per consequens incitaretur etiam
ad ulteriora procedere. Deliberavimus interim do
nec circa predicta habebimus a M. vestra respon
sum scribere oratori nostro Mediolani existenti
ut simul cum vestro si sibi videbitur ut spera
mus dicant duci novitates et oppressiones quas fieri
fecit illis nobilibus de Flisco. Quoque liga requi-

rit eum ut omnino desistat ac restitui faciat ipsis nobilibus terram suam burgi cum hec sint contra formam pacis contra honestatem et contra ea que continue dicit de eius bona intentione ad pacem et contra has praticas quas tenere videtur ad finem pacis quoniam credere debet quod hec erunt importabilia lige et quod cum his et consimilibus generalibus verbis procurent removere Ducem ab illis novitatibus et molestiis illorum de Flisco eisque restituat locum suum. Nichilominus vestris M. suademus quod interim exhortentur ipsos nobiles de Flisco quod stent constantes et boni animi quodque eis de subsidio provideatis ut se defendere et conservare possint sub favore et obedientia lige ne absque tali subsidio opprimantur aut cum duce concordiam ~~sum~~ facere compellantur.

Quando autem in compromisso iam dicto plurime obscuritates et dubia in esse videntur illud videndum et diligenter examinandum commisimus quibusdam nostris in iure peritis ut si quid declarandum fuerit, aut in melius reformandum fieri possit ut que ea que fieri habebant si ad conclusionem veniri debet, valida sint et firma nec possint in dubium revocari. Poterunt quoque Vestre M. ipsius copiam quam vos habuisse non dubitamus simili modo videri facere ac diligenter considerari, et si superinde dubium aliquod vel obscuritas vestris M. esse videbitur, gratissimum habebimus advisari.

Et hec omnia etiam dicantur Spectabili Oratori dicte Magnifice Communitatis Florentie hic

... ntialiter existenti.

De ——— parte 88.

1. ... Belairma caput de XL Vult quod differatur

——— de parte 41.

De non 8. (c. 97, 97t. e 98).

Non sinceri 7.

MCCCCXXX. die XXIII. Aprilis in Rogatis

Quod fiat commissio nobili viro ser Danieli Victuri ituro ad Magnificum Capitaneum Generalem.

Nos Franciscus Foscari Dei gratia Dux Venetiarum etc. Committimus tibi nobili viro Danieli Victuri dilecto et honorabili civi nostro quod vadas ad presentiam M. Comitis Carmignole nostri Capitanei generalis quem sub nostris credentialibus literis tibi exhibitis salutabis et hortaberis parte nostra. Deinde exponas quod ~~pridie~~ pridem recepimus literas suas ac compromissum suum missum per illustrem dominum Ducem Mediolani quod vidimus et bene consideravimus illudque videri fecimus et examinari per aliquos ex doctoribus nostris. In quo reperiuntur plurime obscuritates et dubia sicut per copiam articulorum super inde notatorum per ipsos doctores clarius ostendere poteris. Dices etiam quod ab oratoribus lige Mediolani existentibus habuimus aliquas literas super ista materia atque copiam ipsius compromissi, quam dux eis dari fecit scriptam de manu unius ex Cancellariis suis, que copia ab autentico discrepat in hoc videlicet quia in autentico dicit quod compromittit in M. Comitem Carmignolam tanquam arbitrium etc. Et in copia dicitur in ma

magnificum et potentem virum Franciscum de Vicecomi-
tibus dictum Carmignolam, Comitem Clarij et Ca-
stri novi ac omnium gentium nostri dominij Capi-
taneum generalem etc. Que verba omnia existen-
tia in honorem Sue Magnificentie tacentur in com-
promisso autentico. In quo etiam compromisso dux
ipse excepit differentias et facta illorum de Flisco
ac omnium Januensium etc. que exceptio expresse est
contraria ambassiate facte pro parte ipsius ducis
per Christophorum Gilinum nostro dominio ac sue
Magnificentie.

Nam sicut scit, idem Christophorus pro parte ducis
ultra verba generalia et narrationes factas ad osten-
dendum bonam voluntatem ducis ad pacem et ad bene
vivendum in effectu exposuit, quod dux contentus erat
et offerrebat se compromittere et libere remittere in
Magnificentiam suam ut diceret et deliberaret de mo-
do bene vivendi inter partes. Item quod deliberaret
quicquid sibi placeret circa facta et differentias
illustris domini marchionis Montisferrati quoniam
remaneret tacitus et contentus de omni eius determi-
natione etiam si diceret et determinaret quod libere
remaneret confederatus lige. Item de differentiis et
confinibus locorum Cremonensis. Item de differentiis
nobilium de Flisco. Et demum conclusit de omni-
bus differentiis hincinde quomodocumque vertenti-
bus et usus fuit his verbis. Quod dux Mediolani
dixerat sibi quod si ipse M. Comes diceret et deter-
minaret quod dare deberet nobis Castrum suum port-
tovis Mediolani, non communiunt sed realiter obe

[illegible] cum autem [illegible] istum compromissum vidisset dicit de modo bene convenci. Cum dixit facta per [illegible]ium de Flischo ac omnes res et differentias pertinentes ad facta Janue, ac Januensium et territorij sui, propter quam exceptionem intentio decis clare cognoscitur aspirare ad dividendum ill. Communitate Florentie a nostro dominio, nec non vult extinguere facta illorum de Flisco et aliorum Januensium qui sunt Recommendati communitati Florentie ab hoc compromisso. Etiam propter hanc exceptionem eius intentio esse videtur quod sua Magnifica non habeat terminare de Castro Chalcherarum, nec de Jsnardo Malaspina, cum dicat castrum Chalcherarum esse de pertinentiis Janue, et Jsnardum esse Recommendatum Januensium et per hunc modum querit supplantare iura illustris domini Marchionis Montisferrati qui pro ipsis recepit magnam injuriam vel violentiam a Duce super qua materia etiam [illegible] tenent istam opinionem sicut per literas suas quarum copiam tibi dari fecimus, intuéberis. Item dicit in ipso compromisso quod Sua M. faciat cum cautum et certum antequam arbitretur quod sit omnino liber a nostro dominio et a Magnif. Communitate Florentie etc. de qua re [illegible] nobilimus nil penitus nobis dixit. Et quid hoc importet nescimus aliter intelligere nisi ad inducendum difficultates longitudines et involutiones in ista materia, et ad demostrandum clare quod non confidit de Sua M. nec de fide sua, Nam si de eo confideret sicut per verba sua ostendit non fuisset opus.

ponere talem clausulam sed debuisset libere compro-
mittere absque aliqua condicione vel exceptione
sed hec sunt de suis artibus et duplicitatibus con-
si . tam id quod non potest uno modo facere que-
rit et nititur per alium impedire . Et ut Sua Magnif.ca
cognoscat et clare intelligat eius artes et cum qua
intentione proponi fecit nostro dominio per Chri-
stophorum Gilinum quod erat contentus libere com-
promittere in suam Magnif.am sicut ipse Christophorus
dixerit et negaverit . Oratoribus lige dedisse ambas-
siatam in illa forma , sicut per literas ipsorum ora-
torum apparet quas tecum portas . Nam cum dixerit
hic uno modo et ibi alio modo varie sua Magnificentia
indicare potest qualiter sit credendum dicto Christopho-
ro qui ad instantiam domini non habet respectum negare
et variare sermones suos . Ostendes etiam sibi copiam 32
cedule quam dari fecit dux ipse Mediolani oratoribus
lige , in qua palam dicit quod id proponi fecit credens
quod acceptare non deberemus ad finem indignandi ani-
mum sue Magnitudinis adversus nostrum dominium
si denegavissemus ac inducendi suspitionem et odium
inter suam Magnificentiam et nos sicut dudum con-
tinueque quesivit varijs modis et vijs indirectis
et ad finem honestandi se et dehonestandi nos
apud omnes sicut illa cedula clare loquitur .
Insuper qualis sit eius intentio et quam recte pro-
cedat in his rebus aperte cernitur . Nam ex una par-
te dicit et ostendit velle pacem et concordiam per
viam huius compromissi et ex alia parte offendit
et opprimit adherentes lige . Nam sicut scire debet

[illegible] ... uentia sua ac sicut videbitis per copiam
[illegible] Magnifici Rolandi Palavicini quam
tibi dari fecimus. Idem dux invasit et occupa
fecit terram burgi vallis Tarri quas est nobilium
de Flisco Recommendatorum M. Communitatis Floren
tie et per consequens lige et continue videtur inten
dere ad offensiones et damna ipsorum nobilium
de Flisco que res quantum sit conformis verbis ducis
Sua Magnificentia clare intelligit. Ex quibus et mul
tis aliis que dici possunt tam de preterito tempore
quam presenti certissime videmus quod Dux non
mutat naturam neque mores et proinde credere non
possumus quod veniri possit ad aliquam bonam
conclusionem de his praticis et modis per eum pro
positis sed potius credimus quod producent aliud quam
pacem. Nihilominus ex parte nostra et lige serve
tur omnis honestas et ut ea que fieri habent vel
uno modo vel alio cum bona deliberatione ac de com
muni consensu et voluntate lige procedant de om
nibus his rebus dedimus noticiam Magnifice Commu
nitati Florentie misimusque copiam compromissi
diximusque nostram opinionem sicut per copiam
quam tibi dari fecimus litere per nos scripte ipsi
communitati ostendere poteris sue Magnificentie. Expe
ctamusque a dicta Communitate responsum de quo etiam
reddemus Suam Magnificentiam advisatam. De quibus
omnibus voluimus eum reddere informatum ut in
telligat varietates et artes quibus utitur Dux Mediola
ni, et quale fundamentum fieri possit in verbis suis
et ut sua [illegible] cognoscat quod non recte pro

ce it nec realiter intendit ad pacem et per conse
quens modicum est sperandum quod per viam
huius compromissi ad concordiam vel conclusio
nem aliquam veniatur. Ideo suademus sue Ma
gnificentie quod non habita consideratione ad verba
Ducis velit dirrigere spiritus suos ad habendum
bonam advertentiam et provisionem in factis nostris
et suis et ad tenendum gentes nostras bene paratas
et in ordine tam pro securitate status nostri quam
ut sint prompte in casu quo opus esset eas aliter
exercere sicut fortasse credimus nisi aliud dicatur
tur de duce et factis suis.

Insuper volumus quod te diligenter infor
mes qualiter sunt in ordine gentes nostre et
cum bono et dextro modo scias ab ipso Ma
gnifico Capitaneo Generali quid sibi fiendum videre
tur in casu quo opus esset venire ad guerram
cum duce et que esset eius opinio tam in modo
conservandi loca nostra quam in modo guerrizan
di ac ubi et qualiter et que provisiones fiende
forent per nos informando te generaliter ac
etiam specialiter de omnibus que tibi videbun
tur quanto clarius poteris ad nostrum advisamen
tum. Advisando etiam Sua Magnificentia quod
deliberavimus de novo conducere pedites V^c de
quorum numero fecimus augumentum fer
no omnibus Comestabilibus nostris sicut per
listam quam tecum portas ostendere poteris. Et si
videbimus opus esse providebimus de majori
numero faciemusque de aliis provisionibus oppor

tuis pro honore et conservatione status nostri.

Expeditis autem suprascriptis singulisque omnibus in[illegible] opportunis ad nostram presentiam remeabis et de novis et aliis occurrentibus plenarie avisatus.
Duces tecum unum notarium cum uno famulo et illos famulos qui tibi videbuntur, possendo expendere pro his modicis diebus id quod fuerit oportunum de pecuniis nostri communis pro expensis tuis et familie tue.
In reditu tuo hanc commissionem, ac omnes scripturas tibi datas et alias ad hanc ambassiatam pertinentes ad cancellariam nostram secundum nostros ordines presentabis.

De parte alii omnes
De non 0
Non sinceri 1. (carte 98 t.° 99 e 99 t.°)

MCCCCXXX. die tertio Maii in Rogatis.

Quod viro nobili ser Andree Contareno Oratori nostro ad illustrem dominum ducem Mediolani scribatur ut infra.

Vigesimo primo die preteriti mensis aprilis vobis scripsimus ea que dicere et facere habebatis circa factum bagi castelli Tarri occupati per Ducem Mediolani seu gentes suas contra nobiles de Flisco. Scripsimus quoque quod circa factum compromissi facti per Ducem in persona Magnifici Comitis Carmignole et circa reliqua oportuna vobis per alias nostras scriberemus nostram intentionem. Circa que omnia ut mitius et cum matura deliberatione procederent, contulimus cum magnifica Comunitate Florentie cum qua respectu fraternitatis et lige nostre omnia sunt communia. Et sicut per literas ipsius . . Comunitatis ac [illegible] relationem [illegible] apud nos existentis —

vobis declaratum est. Ipsa M. Communitas in infrascripta
opinione nostra ex toto concurrit sicut ille spectabilis
Laurentius de Medicis Orator dicte M. Communitatis ibi exi=
stens a Magnificis dominis suis seu ab isto spectabili
Oratore informationem accipiet. Volumus itaque vobisque
mandamus cum nostro consilio Rogatorum et additione.
Quod data prius notitia prefacto spectabili oratori de
hac nostra intentione cum eius unita voluntate atque
presentia secundum usum studeatis quanto celerius pos=
sibile fuerit comparere ad conspectum prefati domini
ducis sibique hunc effectum exponere videlicet. Quod
consideratis omnibus praticis hactenus tentis ac modis
per suam excellentiam observatis considerataque for=
ma expositionis et ambassiate pridem nobis facte pro
parte excellentie sue per Christophorum Gilinum ac de=
mum vija formam compromissi quod fieri fecit in per=
sonam Magnifici Comitis Carmignole nostri Capitanei
Generalis. In quo excepit generaliter omnes differentias
et quecumque negotia que quomodolibet pertinere possint
tam Civitati Janue quam territoriis et pertinentiis suis
ac res omnium nobilium de Fliscio de Campofregoso
et aliorum etc. sicut in ipso compromisso clarius legi=
tur. Sigia ipsa absque admiratione esse non potest videns
talem varietatem et innovationem que est omnino dif=
formis et aliena a propositione et requisitione quam
fecit Christophorus Gilinus pro parte excellentie sue cum
dixerit et obtulerit velle compromittere ac libere remit=
tere in prefatum M. Comitem Carmignolam generali=
ter omnes differentias et controversias nulla penitus exce=
ptata quod tamen excellentia sua non negat per con=

tinentiam illius cedule sive scripture quam vobis dari fecit die XX aprilis, licet postea dicat per eius Sapientes fuisse sibi consultum, quod de illis negotiis Ianuensium non poterat facere compromissum sive commissionem absque consensu communitatis Ianue obstantibus promissionibus sive conventionibus quas habet cum ipsa communitate quodque ideo facit istam exceptionem. Unde cum liga capiat et intendat clare se intelligere ac sincere et pacifice se habere, non est aliquo modo disposita quod in hiis differentiis pro parte veniatur ad compositionem et pro parte remaneatur in lite, nam nisi omnes controversie tollerentur ita deveniri possent ad ruinam veniendo pro parte sicut pro toto. Ideo non videtur lige pro conservatione tranquillitatis et pacis quod fiat ista divisio vel exceptio. Sed quod de omnibus rebus et differentiis generaliter fiat commissio et compromissum et veniatur ad decisionem et sedacionem omnium controversiarum et scandalorum. Nec est efficax neque per consequens admittenda excusatio seu allegatio illa quam facit excellentia sua respectu promissionum sive conventionum quas habet cum Ianuensibus. Nam cum se dicat liberum dominum Ianue. Credibile est, ymo certum quod bene sciet et poterit providere, quod illa exceptio removebitur et quod compromissum liberum erit et generale quemadmodum fecit tempore conclusionis pacis, quando compromisit in R.mum dominum Cardinalem Sancte Crucis etiam pro differentiis Ianuensium absque aliqua exceptione. Et proinde si placet excellentie sue facere compromissum liberum et generale absque aliqua exceptione sicut dici et offerri fecit per Cristophorum Ghilinum. Eo casu liga contentatur simili modo facere ut ad decisionem omnium differentiarum pro

conservatione pacis et augumento bone fraternitatis
inter partes sublatis quibuscumque dubiis et difficul-
tatibus realiter veniatur. Et si hac opinione steteris con-
stanter faciatisque omnem instantiam et experien-
tiam ut hec generalis et libera commissio fiat, dicatis
vos non posse aliter facere nec aliud habere mandatum
vel libertatem a dominiis vestris. Et si hoc utimini
omnibus modis et argumentis utilibus ad materiam
ut veniatur ad istam intentionem, declarando tamen
quod intentio lige prorsus est quod ipse dux restitue-
re promittat et cum effectu restituat terram Burri
Vallis Tari, quam pridem occupavit seu occupari
fecit per gentes suas nobilibus de Flisco ac fortilitia
et quicquid occupatum fuisset per eum vel gentes suas
sicut est debitum et honestum quemadmodum pridem
etiam pro parte lige requisitum fuit. Et hoc est
intentio lige super qua vos firmare debeatis et fa-
cere omnes experientias ut obtineatur et si obtinere
poteritis quod fiat in omnibus ut prefertur. Contenti
sumus quod dato modo et forma ad executionem rei
postea in bona gratia repatriare possitis.

Si vero factis omnibus experientiis possibilibus vi-
deretis et clare cognosceretis quod dux ipse propositum
non mutaret sed in illa eius opinione excipiendi fa-
cta Iannensium omnino persisteret. Eo casu est no-
stra intentio quod dominum alicatis duci, quod ut res
ista absque bona conclusione non transeant contenti
estis nomine dominorum vestrorum quod illa exceptio
de rebus et factis Iannensibus in compromisso remaneat
Ideo quoniam liga non est aliquo modo disposita deponere

... alios Recommendatos et adherentes suos, sed intendit ipsos omnes tanquam membra sua in omnem eventum conservare atque defendere. Requirit et vult quod Dux ipse promittat ac per autenticum et validum instrumentum se solenniter obliget non offendere inquietare molestare nec perturbare aliquem vel aliquos tam ex nobilibus de Flisco quam de Campofregoso aut alios quoscumque sive sint Januenses aut de pertinentiis districtu et territorio Januensi aut aliorum locorum Januensium aut cuiuscumque nationis conditionis gradus et qualitatis existant qui sint ex colligatis adherentibus Recommendatis et complicibus lige. Aut qui per formam huius ex parte lige in ea pace sunt vel intelligentur inclusi neque eorum terras loca subditos seu bona directe vel indirecte per se vel alium seu alios nec aliquo quesito colore, sicut efficatius et validius promitti potest; donec per Reverend.mum Dom.num Cardinalem Sancte Crucis aut per alium ad quem pertinebit, huiusmodi differentie vel controversie si que erunt fuerint definite. In hoc etiam ut perfectum quod quicquid per ducem vel suos sive nomine suo aut suorum actum vel innovatum est contra predictos vel aliquem eorum vel contra loca et bona sua omnium reintegretur et in statum pristinum reducatur omni exceptione remota. Et similiter requisivit idem quod propter illam exceptionem quam Dux facit in compromisso de factis et rebus Januensium nobis ambobus arbitris exhibitam, quod Dux ipse inter cetera vellet inferre quod magnificus Comes Laurentius non habeat iudicare de Castro ...

nec de Isnardo Malaspina cum dicat Castrum Calcherarum,

cherarum esse de pertinentiis Janue et Isnardum esse
de communicatione Januensium [illegible]
[?]ium Illustris domini Marchionis Montisferati conver
teretur cum in illis liquida jura habeat. Nostra in
tentio est in casu quo compromissum illud transire debeat
in illa exceptione de rebus et locis Januensium quod fiat
[spec]ialis et expressa declaratio per Ducem quod propter illam
exceptionem vel in illa exceptione non comprehendatur nec
intelligatur aliquid quod pertineat seu pertinere possit ad
Illustrem dominum Marchionem Montisferati nec ad eius col
ligatos adherentes subditos recommendatos complices vassallos
vel loca sua, nec ad aliquas differentias ad illum vel illos quo
modolibet pertinentes quamquam dici vel presumi vellet
quod ad civitatem Janue vel Januenses aut ad territorium
Janue pertinerent seu cum civibus et civis Januensibus ali
quam obligationem vel copulam habere aliqualiter viderentur
Sed hec omnia remaneant in compromisso et ad cognitionem
et arbitramentum [M.] Comitis Carmignole sicut reliqua
de quibus facta erit mentio specialis.

Et si Dux contentabitur de modis predictis, tunc in
nomine Dei, dictis modum et ordinem cum ipso duce
ut ad conclusionem et executionem debitam veniatur.
Et eo casu dato ~~nostro~~ modo et forma convenienti
contenti sumus quod sumpta bona licentia ad pro
pria redeatis.

Si autem casus occurreret quod Dux Mediolani
ad predicta condescendere nollet quodque non possetis se
cum eo conclusioni devenire per aliquem ex modis
predictis Tunc demum videtur nobis quod vel ambo
scribatis dominijs vestris propter quid vel ex qua

expressatio contentio remanebit vel que erunt illa ad que Dux ipse condescendere vollet, ut visis et intellectis difficultatibus et causis super quibus differentia remanebit per legam deliberare possit quid dicendum vel agendum fuerit superinde.

Ultra predicta advisamus vos quod compromissum factum per Ducem in personam Magnifici Comitis Carmignole quod habuimus ab ipso Comite in publica forma videri fecimus, et diligenter examinari per quosdam ex nostris in Jure peritis qui in eo plurimas obscuritatis et dubia notaverunt sicut per copiam his inclusam videre poteritis. Super quibus omnibus quamquam fienda sit instantia ut corrigantur et declarentur. Tamen de reliquis omnibus articulis non valde curamus dummodo illa ultima declaratio sive conditio in dicto compromisso apposita per quam Dux vult quod idem Comes Carmignola antequam arbitretur debeat ipsum ducem cautum et certum facere quod a nobis et a magnifica Communitate Florentie sit ita liber in ista materia quantum ad libere arbitrari valendum ut tamquam omnino liber indicare arbitrari et declarare possit prout sibi videbitur sicut in ipso compromisso distinctius continetur etc. omnino removeatur ad tollendam omnem materiam suspitionis litis et differentie que exinde sequi posset super validitate sententie. Nec etiam est necessaria talis clausula vel conditio. Nam sic confidit de rectitudine et fide ipsius Comitis sicut merito et ipse Dux et unusquisque confidere potest maxime sua excellentia que de illo dudum vidit.

—.

-aperientiam talis conditio est superflua. Etiam quia sicut scit excellentia sua secundo Christophorus Liber noster nobis exposuit istud factum, nomine suo dixit nec petiit talem conditionem nec nobis nec dicto Comiti de tali facto fecit aliquam mentionem. Essetque etiam cum maximo onere dicti Comitis ac traheret rem in longum possetque difficultare materiam. Ideo videtur nobis quod illa clausula sive conditio debeat penitus removeri poteritisque certificare excellentiam suam. Quod intentio lige non est quod ratione alicuius obligationis aliquid faciat vel pronuntiet nisi secundum veram conscientiam suam sed quod in his rebus libero animo dicat, diffiniat et declaret sicut sibi videbit et placebit, sed talis conditio in Instrumento pro honestate et pro omni bona causa apponenda non est Declarantes tamen vobis quod ea omnia que superius diximus, tam de factis nobilium de Flisco ac negotiis Januensibus ac de domino Marchione Montisferati et aliqui ordines quos superius vobis damus etiam in sua firmitate remaneant. Et de his omnibus detur noticia spectabili Oratori M. Comunitatis Florentie hic existenti.

Recepimus insuper literas vestras datas die XXVI. Aprilis hora tertia noctis, quarum intellecta continentia, vestram solitam diligentiam commendamus remanemusque de his que scribitis advisati.

De —— parte 95

[illegible] generis [illegible] partem suprascriptam sta
[illegible] inum [illegible] ventum et consilij per totum cum
ista editione evelicit. Tu tamen reiterato quod si
dux nollet restituere illis nobilibus de Flisco terram
burgi vallis Tarri, eiusque fortilitia et alia loca sua
si qua abstulisset, vel auferri fecisset, nec vellet de-
sistere ab illorum offensionibus et molestiis. Eo
casu est nostra intentio quod perseverante ipso Du-
ce in tali suo proposito, vos oratores reiteratis illis
verbis que vestre prudentie videbuntur, ut intelligat
quod liga est disposita conservare honorem et
statum suum, ac defendere omnia membra sua.
Tandem sumpta licentia ad propria redeatis. Sed si
erit contentus restituere ut prefertur et in posterum
abstinere, et alique alie differentie occurrerent quales-
cumque sint, nolumus quod recedatis sed scribatis
dominijs vestris sicut dictum est, super quibus rebus
consistant differentie, et expectate mandatum.

De — parte 29.
De non 10.
Non sinceri 14. (carte 103 t.º 104 e 104 t.º)

MCCCCXXX. die VIIII maii [illegible]

[illegible] Reveren.mo Dom.o N. Cardinali Sancte Crucis

scribatur ut intra

Scripsistis nobis Reverendissime Pater ac suadetis ut cum
Orator noster, quem istuc pro sedandis differentionibus
inter illustrem dominum ducem Mediolani et [illegible]
miseramus ob defectum mandati probationumque ex parte
Ducis producendarum re infecta discesserit, velimus eum
iterato remittere quoniam scripture ille delate sunt et Ora
tores Ducis mittere offerunt et procurare ut mandatum ha
beant in autentica forma quam requisitionem facere
ordinemus ne forte ad requisitionem alterius partis in preiu
dicium partis indefense procedere ac rem ingratam facere
compellamini etc. Ad que respondemus quod vestre Reverendissime
Paternitati [illegible] est notissimum nos obedien
tes et promte ad requisitionem Summi pontificis et ve
stram pro bono tranquillitatis et pacis nostrum istuc mi
simus Oratorem cum mandato plenissimo omnibusque
scripturis et declarationibus ad materiam pertinentibus
[illegible] Vestra R. Paternitas quanto tempore ipse nost.
Orator ibi steterit continue promptus paratus et instans
ut rebus et differentiis illis finis imponeretur. Constat
etiamque qualiter pars altera se habuerit que mandatum
sufficiens numquam habuit neque scripturas ad causam
pertinentes sed rem in tempus variis modis trahere ni
tebatur. Nec ulli dubium esse debet quod si ducis intentio
fuisset quod coram Reverendissimam Paternitatem Vestram in
ea causa procederetur sciente eo quod mandatum
requirebatur autenticum quodque necessarie erant scri
pture et probationes ad eius propositum pertinentes

Patres suos misisset bene munitos quemadmodum et nos fecimus. Sed cum orator noster sicut scit vestra Paternitas per menses tres, aut circa sub inani expectatione ibi continuam moram traxerit, videntibus nobis tempus frustra teri ac clarissime cognoscentibus intentionem Ducis non esse quod res ipse ibi terminarentur; quoniam dudum variis modis presertim per medium magnifici Comitis Carmignole ad quem multotiens miserat Christophorum Gilinum magistrum intratarum suarum, quesierat et querebat [illegible] eiusmodi differentie aliter et alibi quam coram Vestram R.me Paternitatem deciderentur. Ac insuper requisiverat ut oratores lige ad eum mitterentur solum pro ea ipsa intentione, quos liga pro honestate tamen pacis et tranquillitatis avide misit. Ac demum dux ipse de mense martii ad presentiam nostram misit prefatum Christophorum Gilinum eius oratorem qui sub literis credentialibus quarum copia presentibus est inclusa pro parte ducis exposuit in effectu. Quod si res iste in Romana Curia terminari deberent esset res longa nimis ac partibus sumptuosa atque laboriosa valde, propterque ei melius videbatur compromittere et libere remittere omnes differentias generaliter inter ipsum et ligam quomodocumque vertentes ad judicium, arbitrium et liberam dispositionem magnifici Comitis Carmignole nostri Capitanei generalis. Cuius requisitionem, tum respectu conditionis et qualitatis ipsius Magnifici Comitis tum pro honestate rei utque omnibus innotesceret quod ea [illegible] sine aliqua via tranquillitatis et concordie

non deesset liga ipsa consensit et cum ea responsio
ne idem Orator Ducis a nobis expeditus ad dominum
suum redijt que res etiam apud ceteras priores clarissi
me demonstrabat quod per viam Iudicij vestre Pa
ternitatis prosequi non volebat. Nos videntes hanc Du
cis intentionem ex qua per consequens videbamus quo
quicquid ibi in curia tractabatur fiebat in cassum
quodque hinc procedebat quod mandatum et scriptu
ras illas mittere non curabat videntesque orato
rem nostrum cum onere nostro, [T] dubitabamus, man
davimus ~~[illegible]~~ ei, ut ad nostram presentiam remearet.

[T]ac rerum nostrarum preiudicio diutius ibi frustra stetisse, sicut et vestre Rev.me Paternitati et omnibus videtur non [illegible]

Cum itaque et honestatem servasse et honori nostro
satisfecisse credamus non potest nobis in mentem ca
dere nec aliqualiter opinamur quod honestas nostra
promereatur quod nunc ad instantiam alterius par
tis que icto contumax et inobediens extitit et cuius
defectu hec omnia quemadmodum clare intelligitur
processerunt vestra Rev.ma Paternitas ad aliquem actum
nobis ingratum aut juribus nostris preiudicialem
procedat. Et ut vestra Paternitas intelligat hec que dixi
mus vera esse sciatisque quod ex inde postquam Dux
Mediolani proposuit viam illam compromittendi actum
sit. Postea idem dux fieri fecit compromissum itum
[illegible] in forma publica misit ad manus prefati Ill.
Comitis Carmignole qui illud nobis successive trans
misit quod apud nos habemus eiusque copiam ad
maiorem informationem Vestre R.me Paternitatis mi
ttimus his inclusam. In quo sicut videre poteritis spe
cialiter et expresse declarat quod illemet differentie
territorii Cremonensis et Pergamensis et alie que ad

Judicium et determinationem Vestre Reverend^me Paternitatis commisse sunt ad cognitionem et arbitrium ipsius M. Comitis Carmignole libere et totaliter remittantur, pro quibus nunc apud R. P. V. pro parte ipsius Ducis fieri videtur instantia et pro quibus nunc nos requisitis ut mittamus ad Urbem. Que omnia qualiter concordent aut simul stare possint unusquisque plane considerare potest et videre diversitates huiusmodi ac facile intelligere quod qualescumque Dux fecerit aut faciat ostentationes intentio sua non fuit nec esse videtur quod huiusmodi controversie ibi diffiniantur, sed sub his modis et obstentationibus partem suam honestare molitur. Insuper etiam ut eius actus et gestus eiusque honestatem apertius cognoscatis pendentibus his tractatibus factoque compromisso iamdicto. Dux ipse sicut ad notitiam Vestre R^me Paternitatis devenisse non dubitamus contra formam pacis et arbitramentorum vestrorum hostiliter et de facto invasit et occupavit terram et arcem burgi vallis tarrii, nobilium de Flisco adherentium et Recomendatorum lige. Ac insuper quasdam bastitas et loca sua per vim expugnari et capi fecit et tenet ac totam illam vallem tarri et aliquamdam loca Recommendatorum lige nec unquam desinit nunc uno nunc alio modo lige et membris suis inferre molestiam. Quibus rebus omnibus sic ut premittitur se habentibus nec ad honorem nostrum attinere videtur, nec expediens est oratorem nostrum ad Urbem pro causa iamdicta remittere, neque etiam credimus quod Vestra R^ma Paternitas

tas ~~pro~~ his rebus cognitis id nobis pro eius equitate ac conscientie rectitudine et integritate consuleret.

Et de hoc scribatur Reverendis dominis cardinalibus de Ursinis Bononiensi et Senensi eisque mittatur copia litere suprascripte ut possint sustinere honorem et honestatem nostram ubicumque erit expediens.

De — parte alii
De — non 0 (cart. 107 t. e 108)
Nonsinceri 2.

MCCCCXXX. die XVIII. Maii in Rogatis

Quod viro nobili ser Andree Contareno oratori nostro ad Illustrem dominum ducem Mediolani scribatur in hac forma videlicet.

Per literas vestras datas die nono presentis in foro seribilis qualiter vos ambo oratores fuistis ad presentiam illustris domini ducis Mediolani sibique exposuistis intentionem lige sicut vobis scripsimus qui dixit quod esset cum suis et postea vobis responderet etc. Sed quoniam dicitis in ipsis literis quod ~~esset~~ posset quod idem dux contentus foret de omnibus differentiis facere compromissum in Magnificum Comitem Carmignolam ac condescenderet ponere burgum vallis Tarri in manibus dicti Comitis et proinde petitis ~~declarari~~ declarari in casu quo dux ad predicta condescenderet an acceptare debeatis. Respondemus vobis cum nostro consilio rogatorum et additione quod si ad receptionem presentium habueritis ab ipso domino duca responsionem conformem intentioni lige secundum ea que die tertio presentis vobis scripsimus bene quidem etiam in hoc casu non esset expediens venire ad aliud

id si nundum habuissetis responsionem ab ipso Duce certam intentioni hinc sicut in illo nostro ordine continetur nec videretis posse ullo modo venire ad conclusionem secundum illam nostram intentionem. Eo casu si propositus fuisset aut proponeretur vobis per ducem vel nomine suo, modus ille quem tetigistis, videlicet: Quod Dux contentus esset deponere in manibus magnifici Comitis Carmignole burgum vallis Tarri et reliqua omnia loca que per ipsum Ducem vel gentes suas ablata seu occupata sunt illis nobilibus de Flisco et facere liberum compromissum de omnibus differentiis in ipsum Mag.cum Comitem super qua materia scribitis in literis vestris datis die XIII Maii presentis quas hodierna die recepimus ipsum ducem deliberasse mittere Januam pro habendo consensum Januensium sicut vobis dici fecit per illos de consilio suo. Contenti sumus si sic etiam videbitur illi spectabili oratori Magnifice Communitatis Florentie quod hunc modum seu partitum acceptare possitis et venire ad conclusionem.

Si vero iste modus vobis propositus non fuisset nec proponeretur, tunc demum non possendo aliter facere in casu quo Dux omnino perseveraret in illo modo per eum primo proposito videlicet deponendi burgum vallis Tarri in manibus R. D. Cardinalis Sancte Crucis etc. Contenti sumus si sic etiam videbitur spectabili oratori M. Communitatis Florentie quod finaliter veniatur ad illud ultimum partitum videlicet quod burgus vallis Tarri et omnia alia loca ablata per ducem illis de Flisco deponantur in manibus R.mi

ionum Cardinalis Sancti Crucis qui superdictus ju-
dicet et diffiniat sicut sibi videbitur et placebit.
Ita tamen quod dux expresse promittat imposte-
rum abstinere ab omnibus iniuriis et molestiis no-
bilium de Flisco et aliorum omnium Colligatorum
adherentium et Recommendatorum lige ac locorum
et bonorum horum sicut die tercio presentis vobis
scripsimus. Quodque etiam de aliis differentiis idem
dux remaneat contentus in illa forma que continetur
in prefatis literis nostris vobis scriptis die tertio men-
sis huius. Et si per modos predictos concise poteritis ad
conclusionem concludatis in nomine domini, et datis
ordinibus oportunis sumptaque licentia ad propria
redeatis.

Et quoniam videtur quod per ducem occupatum sit quod-
dam aliud castrum Raynaldi de Scotis Recommendati
magnifice Communitatis Florentie in Riperia Janue(n)-
si volumus etiam quod de eius restitutione fiat per
vos requisicio et instantia sicut de aliis superius di-
ctum est, et tandem de facto ipsius castri fiat volun-
tas spectabilis Oratoris dicte magnifice communitatis.
Si autem idem dux mutato proposito fortasse con-
descendere nollet nec venire ad suprascriptas con-
clusiones vel proponeret alia nova partita. In hoc
casu que certissimum esset quod intentio sua non
foret venire ad aliquam conclusionem. Intentio no-
stra est ad hoc ut non stetis ibi frustra cum one-
re et prejudicio lige. In casu quo istud sit causa
de consensu dicti spectabilis Oratoris Florentini qua
sumpta licentia ab ipso duce debeatis omnino repa-

triare. Sed si forte idem spectabilis Orator non esset huius opinionis, scribatis nobis omnia et nostrum expectate mandatum.

Et de predictis omnibus dari debeat notitia spectabili Oratori magnifice Communitatis Florentie hic existenti ac induci et hortari quod scribat oratori illius Magnifice Communitatis Mediolani existenti quod simul cum nostro sit ad executionem ordinum predictorum cum illa conclusione, quod si dux ad predicta condescendere nollet etc. ad propria revertantur. Et si erit huius opinionis bene quidem ∇ Secundum autem mittantur nihilominus litere suprascripte et suadeatur huic oratori quod scribat Magnificis dominis suis in talis forma quod velint esse illius opinionis ut oratores lige non teneantur ibi frustra cum dedecore et preiudicio lige.

De — parte 78.

Ser Georgius Cornario | Volunt suprascriptam partem per
Sapiens Consilii | totum usque ∇ Et postea dicatur
Ser Paulus Truno | ut infra videlicet.
Sapiens terrarum etc. | Et si non erit huius opinionis. In

hoc casu dicatur sibi, quod non videtur nobis quod faciat pro honore nec pro utilitate lige quod dicti Oratores stent amplius ibi frustra et proinde velit scribere Magnificis dominis suis ut taliter provideant quod Orator suus simul cum nostro repatriare possit in casu suprascripto. Et interim nichil scribatur oratori nostro sed differratur littera suprascripta donec videbitur responsio et intentio dicte

Communitatis.

De — parte 23.

Ser Franciscus Lauredano Sapiens terrarum etc. — Vult quod dicatur huic Spectabili Oratori Magnifice Communitatis Florentie hic existenti. Quod intellectis et bene consideratis his que scripta sunt per Oratores lige de responsionibus dominis consideratis quoque opinione illius Magnifice Comunitatis tam super modo deponendi loca ablata per ducem nobilibus de Flisco in manibus magnifici Comitis Carmignole si ad hoc partitum veniri posset. quam super alio modo deponendi ea in manibus Rev^mi^ Dni Cardinalis Sancte Crucis ut illi magnifici domini Florentini intelligant quod in omnibus rebus ubi videamus posse sequi pacem et concordiam sumus bene dispositi. Ex nunc dicimus quod nos largo modo erimus opinionis illius Magnifice Communitatis in facto dictorum modorum et utriusque eorum dummodo videamus quod dux sincere et recte incedat in ista materia. Sed quoniam visa sunt multe varietates et mutationes in eo cum quibus tenuit hactenus rem in tempus et interim numquam destitit querere facta sua ac providere contra membra lige et loca sua sicut notum est unde verisimiliter est suspicandum quod similiter faciet in futurum et quod non stabit in proposito suo et per aliquem novum et indirectum modum procurabit dilatare res istas, et non venire ad conclusionem. Et quoniam sicut sua spectabilitas dicit omnino

fecit pro facto isto circa pacem istarum terrarum ut unusquisque se sciat intelligere libentius scissemus in casu quo dux se retraheret et ... non vellet ad conclusionem per alterum illorum modorum quia in hoc casu clarissime cognosceretur quod eius intentio non esset sincera nec inclinata ad pacem T et quod eius dispositio sit velle perseverare in male agendo que esset opinio illius Magnifice Communitatis circa id quod petivimus diximus vicinis eam vellit nobiscum simul providere et facere sicut liga disponit in casu guerre aut qualiter eis videtur esse fiendum. Iam intellecta opinione ipsius Magnifice Communitatis clarius et pertinentius scribi poterit Intendi lige oratoribus Mediolani existentibus circa modos et partita predicta et consequenter melius intelligetur qualiter erit in his negotiis providendum.

Et ex nunc sit captum quod nichil scribatur Oratori nostro existenti Mediolani donec habebitur responsio de intentione dicte Communitatis Aut si idem Orator habebit ad declarandum aliquid de intentione illius Communitatis circa istam materiam. et tunc audito eo venietur ad istud consilium et deliberabitur sicut videbitur convenire.

De parte 21.

De non [illegible]

Non sinceri 11.

T et indubium esset per ea que fecit contra ligam ac Recommendatos lige et loca sua, quod fregerit pacem et quod (carte 110 e 111.°)

MCCCCXXX. die VI Junii in Rogatis.

Quod scribatur Potestati et Capitaneo Casalis Majoris ut supra videtur

His preteritis diebus quam plures literas vestras recepimus per quas inter alia nobis scripsistis de equitatione [illegible] Zuchini de Marianis cum certis armigeris per loca nostra Cremonensium et de officiale super facto Cremone qui habebit visitare et tenere in debito terras et villas nobis subiectas et faciet conduci blada Cremonensium etc. sicut in illis literis vestris continetur. Quibus bene intellectis cum nostris consiliis rogatorum et additionis vobis respondemus. Quod existente de intentione nostri dominii manutenere et defendere de terris nostris Cremonensium que nobis obediunt blada aliqua non conducentur quam ad terras et loca nostra. Volumus et fidelitati vestre mandamus quatenus publicari faciatis per omnia loca nostra Cremonensium. Quod nemo audeat conducere vel conduci facere aliqua blada etc. etc. (carte 112 t°)

Commissio

---

die [illegible] Junii in Rogatis

Cum spectabilis orator Magnifice Comunitatis Florentie de novo exposuerit quod Magnifici domini sui clare cognoscunt quod Dux Mediolani fraudulenter procedit ac unum dicit et aliud facit et cum solitis astutiis et artibus suis continue vigilat ad damna Lige quod clare videtur quoniam finxit cassare Comitem Franciscum et quosdam alios ex gentibus suis armigeris que dicuntur iture ad favores domini Luce contra illam M.cam Comunitatem Florentie, ac insuper per illa que

..cit contra nobiles de Flisco et per multa signa et
opera sua manifeste cognoscitur eius mala dispositio.
Et proinde illi M. domini florentini cum instantia
rogant nostrum dominium pro [illegible] ne dicant in
his factis nisi salubriter provideatur. Quod placeat no-
bis scribere oratori nostro Mediolani existenti ut simul
cum suo exponat duci Mediolani ea que sentiuntur de
cassatione dictarum suarum gentium ac de in-
tentione pro qua dicuntur esse casse ut [illegible] quod
[illegible] intelligit ista negotia et requirant eum quod velit
revocare dictas gentes ac taliter providere quod non vadant
ad favores dicti domini Lucani nec contra ipsam
communitatem. Et insuper requirant et instent quod
idem dux restituat nobilibus de Flisco burgum vallis
Tarri et cetera loca eis ablata. Et si dux Mediola-
ni non vellet revocare dictas gentes suas neque resti-
tuere dicta loca ablata ipsis nobilibus de Flisco quod
eo casu dicti oratores debeant repatriare.

Deinde exposuit idem Orator et cum maxima instantia
rogavit et supplicavit pro parte M. dominorum suorum
quod propter dubia et pericula suprascripta eis
subvenire vellimus de lanceis quingentis ex no-
stris gentibus armigeris inter quas requirunt M.
Aloijsium de San Severino propter virtutem et fa-
mam suam.

[illegible] dixit quod illis M. dominis
suis videretur utile valde mittere Oratores ad [illegible]
[illegible] summum Pontificem ad declarandum sibi inho-
nestates et dolos Ducis Mediolani et ad reddendum
[illegible] et benivolum [illegible] quidam [illegible]

nostro videbitur mittere certificant nos quod o ator-
suus semper erit paratus et promptus.

Demum dixit quod propter importanciam rerum
[illegible] et ut fieri possent continue provisiones ne[illegible]
se et utiles pro honore et statu lige. Illi M. domi-
ni deliberaverant mittere huc ad nostrum dominium
suos solemnes oratores cum plenissima libertate qui
semper erunt apud nos nomine illius Magnifice Com-
munitatis parati ad omnes provisiones fiendas in his
negotiis secundum occurrencia rerum et temporum
ad honorem et comoda huius felicissime lige. Vadit
pars quod respondeatur quod intelleximus et bene con-
sideravimus omnibus que exposuit. Primo dicimus
quod semper fuimus opinionis quod dux Mediolani
non recte processerit nec procedat in factis suis sciunt-
que illi Magnifici Domini quod continue eis diximus hoc
ac suasimus quod haberetur bona consideratione et adver-
tentia ad facta sua quod staretur sub bona provisione
solum ad finem conservandi pacem et quod non daretur
fides verbis et blandiciis suis et si adhibita fuisset
fides nostre opinioni pro certo credimus quod Dux
fuisset contentus servare pacem ac stare in terminis
suis et quod res non forent deducte ad inconve-
nientia presentia. Sed illis Magnificis Dominis aliter
visum est et sub hac nimia credulitate verborum
et literarum ducis bene vident qualiter hec negotia
processerunt. Nos autem licet intelligeremus et cla-
rissime videremus dispositionem ducis. Tamen pro
complacentia illius Magnifice Communitatis et ut clare
viderent et intelligerent quod sumus avidi tranquillitatis

[illegible] semper [illegible] opinionibus nostri, que nobis videbantur et erant salutifere ad honorem et statum lige semper in omnibus his tractatibus habitis cum Duce Mediolani adhesimus opinionibus illius Magnifice Comunitatis qualiter autem corresponderint ipsi videant. In casibus autem presentibus dicimus quod profecto nobis valde displicet quod Dux Mediolani vel per cassationem quam fecit de parte gentium suarum vel aliter querat facere rem ingratam vel molestam suis M. vel impedire impresiam suam de civitate Lucana. Et ideo licet sicut sciunt illi Magnifici Domini nos non teneamur ex forma lige ad aliquid circa factum huius imprese quam sumpserunt contra dominium Luce. Tamen pro fraterna caritate et benivolentia nostra contenti sumus scribere oratori nostro Mediolani existenti quod simul cum suo exponat duci Mediolani ea que sentiuntur et divulgantur de dictis gentibus suis que dicuntur velle ire ad favores magnifici dominii Luce que res si sic esset foret contra honestatem et contra ea que totiens dixit et scripsit et quod rogent excellentiam suam quod velit revocare gentes suas et providere quod non vadant ad impediendum impresiam dicte Magnifice Comunitatis Florentie.

[illegible] scribendi oratoribus lige quod instent quod dux omnino restituat Nobilibus de Flisco burgum vallis Tarri, et alia loca eis ablata et quod si Dux restituere nollet dicti oratores debeant se levare etc. Dicatur quod sicut sciunt illi Magnifici Domini nos semper fuimus opinionis quod dictus burgus et alia loca ablata restituantur

illis nobilibus de Flisco. Et si condescendimus scribere
Oratoribus lige in alia forma id fecimus ad requisitionem
et complacentiam illius Magnifice Communitatis. Scimus
quoque semper ab ipso principio opinionis quod presen-
tia oratorum lige fuerit damnosa et incommoditati factis
lige. Et quoniam sicut sciunt dicti Oratores lige hacte-
nus non se elargarunt ad aliud quamquod burgus et alia
loca restituantur dictis nobilibus de Flisco, quodque compro-
missum fiat liberum et generale in magnificum Comitem
Carmignolam absque illa exceptione de factis nobilium
de Flisco et de aliis factis Janue et Januensium etc. Et
ob hanc causam Dux misit Januam Johannem Franci-
scum Galina pro habendo consensum communitatis Janue
nobis multo melius videtur expectare et audire quod repor-
taverit idem Johannes Franciscus Galina de Janua qui
tardare non potest. Nam si reportabit talia propter que
Dux Mediolani sit contentus facere compromissum liberum
et generale absque aliqua exceptione ac restituere loca
oblata ipsis nobilibus de Flisco secundum requisitionem
hactenus factam nomine lige a qua Oratores lige rece-
dere non possunt nisi aliud eis scribatur vigore man-
dati facti spectabili Laurentio de Medicis per Magnificos
dominos decem Balie. Eo casu liga haberet eius in-
tentionem et veniri posset ad conclusionem. Si vero in
reditu dicti Johannis Francisci Dux haberet aliam opi-
nionem tunc vi[illegible] [illegible] eius intentione ac dubiis
et differentiis occurrentibus melius videtur et poterit
deliberari quid agendum erit tam circa recessum ora-
torum quam circa alias provisiones oportunas ad hono-
rem et comoda lige.

Ad requisitionem autem lancearum quinquentarum ex nostris respondeatur quod sicut multotiens diximus cognoscentes naturam et animum suum quamquam habeatur pax secum numquam tamen confisi sumus neque confidimus de eo quoniam bene scimus quod dummodo videret modum et habilitatem voluntas semper est prompta contra nos et statum nostrum et si videret tempus et res accomodatas huic sue intentioni non haberet comparationem aliquam, nec ad pacem nec ad aliquam aliam rem pro saciendo appetitum suum. Et ob hanc causam continue stetimus et stamus sicut sciunt ipsi Magnifici domini super magno et potenti numero gentium armigerarum multo maiori quam in duplo ultra obligationem quam habemus ex forma lige pro securitate status nostri et ad vitandum ista pericula licet fuerit et sit cum maximis sumptibus huius nostre rei publice sed potius voluimus sustinere istas expensas et vivere in pace quam credendo vitare expensas subiacere dicto periculo. Imo sue Magnificentie sciunt quod propterea que diximus habere ad nostra stipendia Michaletum de Cotignola cui voluimus dare de conducta equos mille et pedites ducentos solum pro assecurando statum nostrum et pro vitando ista dubia cognoscentes qualem animum habet Dux contra nos, ac semper suasimus illis magnificis dominis quod vellent etiam ipsi habere et tenere numerum gentium limitatum ex forma lige. ⌘ Ex quibus rebus sue Magnificentie clarissime intelligere possunt quantum inconveniens et periculum provenire posset statui nostro si diminueremus

numerum et potentiam gentium nostrarum habente Duce Mediolani animum ita gravem contra nos et habenti tantam potentiam gentium qui non expectat nisi modum et tempus habile ad exequendam eius malam intentionem. Ideo certissimi sumus quod sue Magnificentie que non vellent videre aliquid malum vel periculum statui nostro cognitis his causis honestissimis et adeo importantibus habebunt nos merito supportatos.

Circa partem mittendi oratores ad Summum Pontificem, dicimus quod omnibus mature consideratis non videtur nobis expediens nec utile ad facta lige mittere ad presens Oratores ad Summum Pontificem pro his causis indicemusque quod melius sit pro presenti de ista materia nullam facere mentionem.

De oratoribus vero quos ad nostram presentiam mittere statuerunt. Dicimus quod ipsos oratores et quoscumque alios quos placebit suis Magnificentiis ad nos mittere semper videbimus leta mente, sumus etiamque certissimi quod causa eorum adventus sit optima. Et quod habebunt ordinem et mandatum et amplissimam libertatem a suis Magnificentiis sicut dicunt circa omnia que concernunt honorem et statum lige.

De —— parte 112.

Ser Georgius Cornario
Vult partem suprascriptam per totum cum
Consilii
hac additione ad tertium capitulum videlicet
Vadamus, quod scribat Magnificis dominis suis quod
si fortasse spectabilis oratores illius Magnifice Communitatis huc venturi non haberent sufficientem informationem,

et libertatem circa istam materiam, velint dare ei talem libertatem quod si casus advenerit quod oratore crediderant: absque consultatione per ipsos oratores nomine illius Magnifice Communitatis et per nos simul fieri possint ille provisiones que concernant honorem et bonum statum huius felicissime lige.

De — parte 15.
De — non 5. (c. 113 t. 113 e 113 t.)
Non sinceri 4.

MCCCCXXX. die VI Junii in Rogatis.

Cum spectabilis orator magnifice Communitatis Florentie noviter exposuerit nostro dominio quod Magnifici Domini sui sibi scribunt a certo sensisse quod Dux Mediolani non habito respectu ad honorem suum nec ad aliquam honestatem aperiri fecit atque vidit et retinuit plurimas literas quas scribebant per viam directam de Florentia ad Oratorem suum Mediolani existentem ac etiam aliquas quas iste orator qui est hic scribebat dicto oratori Mediolani existenti per quas literas idem Dux Mediolani vidit et intellexit praticas et intentionem lige circa ea que cum ipso tractantur. insuper etiam vidit et cognovit quasdam praticas que tenebantur nomine illius Magnifice Communitatis Florentie per spectabilem Laurentium de Medicis oratorem suum cum Comite Francisco pro removendo eum a serviciis ducis Mediolani et domini Luce et pro habendo eum ad stipendia dicte Communitatis vel saltem ut iret in Regnum ad ter

ras suas que pratice iam reducte erant ad terminos valde strictos propter que valde dubitant de persona dicti Laurentii oratoris sui. Et ideo ultra ea que pridie nobis dici fecerunt de eorum opinione quod oratores lige dudum steterint et stent in Lombardia ad maximum favorem et comodum Ducis et negotiorum suorum et per consequens ad ingens preiudicium et damnum lige videant quod Civis et Orator suus predictus quem habent valde carissimum subiacet manifesto periculo, ad removenda itaque ista preiudicia lige et ut provideatur saluti dicti oratoris sui iterum rogant et efficaciter instant ut vellimus esse contenti quod orator suus, et noster Mediolani existentes amplius non stent ibi sed ad propria revertantur sumpta licentia a Duce cum illis verbis et modis qui nostro dominio videbuntur.

Insuper exposuit quod propter actum servatum per ducem in aperiendo et videndo literas illius Magnif^e. Communitatis et oratoris sui non confidunt amplius scribere aliquid importans per illam viam, cumque nunc scribant dicto Oratori suo literam unam circa illam praticam Comitis Francisci continentem totam intentionem illius communitatis sicut in ipsa continetur, eam huc miserunt apertam ut illam videamus se quid facere habeat ipse Orator suus et ubi se reducere debeat. In casu quo dominatio nostra deliberet quod oratores lige se levent de Mediolano. Rogant nostrum dominium quod ipsam literam

suam mittamus Mediolanum inclusam literis
nostris per aliquem ex caballariis nostris ut tuta
et salva portetur aut quod in complacentiam suam
mittamus unum ex notariis nostris Mediolanum
informatum de tota continentia dicte litere qui vadat
et oretenus dicat oratori illius Magnifice Communitatis
ea que in ipsa litera continentur etc. Vadit pars
quod respondeatur primo circa factum literarum
apertarum et retentarum per ducem quod nobis
valde displicet actus iste sed non valde miramur
quod id fecerit considerata natura et moribus suis.

Ad partem autem recessus Oratorum de Mediolano
dicimus quod propter respectus et causas quas pridem
diximus ac etiam quia speramus quod oratores il-
lius Magnifice Communitatis huc venturi presto hic
erunt cum plenissima libertate perseveramus
in illa opinione quod multo melius sit aliquan-
to differre ad faciendum levari dictos Oratores, nam
isto interim habebitur de Mediolano quid reporta-
verit Johannes Franciscus Catena de Janua et scie-
tur intentio Ducis et in hoc non potest esse nimia
mora et interim etiam venient huc dicti Oratores
informati de intentione illius Magnifice Communita-
tis et tunc melius et pertinentius deliberari poterit
inter eos et nos circa omnia pertinentia ad hono-
rem et utilitatem huius felicissime lige.

Ad partem autem mittendi literam illius Magni-
fice Communitatis Mediolanum per unum Caballarium
nostrum aut mittendi unum ex notariis nostris
etc. dicimus quod in hoc parati sumus facere

id quod sit magis gratum magnificis dominis
suis, et sue spectabilitati ita quod eligat ex his
duobus modis illum qui sibi plus placeat, nam
parati sumus satisfacere voluntati sue.

De ... parte 97.

Ser Vitus de Canali
consiliarius

Vult quod respondeatur, quod pridem re-
spondimus sue spectabilitati circa factum
recessus oratorum lige de Mediolano quod habito re-
spectu quod Dux miserat Januam Johannem Fran-
ciscum Galinam pro habendo consensum communi-
tatis Janue circa factum compromissi fiendi
in magnificum Comitem Carmignolam per cuius
reditum clarius et melius intelligi posset intentio
ducis consideratoque honorabiles oratores illius M^e^
communitatis de proximo huc venturi erant in-
formati atque cum plena libertate circa ista nego-
tia quibus auditis melius deliberari posset quid
agendum esset tam circa reditum oratorum quam
circa alia concernentia honorem et statum lige
nobis videbatur melius differre hanc deliberatio-
nem donec videretur intentio ducis per reditum
Johannis Francisci Gallina et donec hic essent di-
cti oratores etc. Nunc autem audientes ea que dicunt
illi Magnifici domini de literis apertis et intentis
per Ducem, et de dubio et periculo in quo vivant
esse oratorem suum in Mediolano ex causis supra
scriptis, ideoque hac instanti requisitione sua dici-
mus quod quamquam nobis melius videretur propter
suprascriptis causis. Tamen quia nollemus videre
aliquod malum vel periculum alicuius civis floren.

(. . .)ini et presertim illius Spectabilis Oratoris sui Laurentij de Medicis quem sincere diligimus. Contentamur in casu quo sic omnino videatur spectabilitati sue non obstantibus his que pridie sibi diximus scribere oratori nostro quod simul cum dicto Spectabili Oratore illius Magnifice Communitatis inde recedat et ad propria revertatur sumpta licentia a dominio suo cum verbis ad materiam pertinentibus.

Ad partem autem mittendi litteram illius Magnifice Communitatis aut per Caballarium aut mittendi unum ex notarijs nostris etc. Dicimus quod cupientes in hac parte facere id quod sit sibi gratius, Relinquimus in arbitrio sue Communitatis eligendi ex dictis duobus modis illum qui sibi magis satisfatiat. Nam parati sumus dare executionem huic sue requisitioni per illum modum quem eliget.

Et si idem Orator circa recessum Oratorum omnino perseverabit in opinione suprascripta non expectata alia responsione neque adventu oratorum suorum de Florentia, Tunc dicatur quod postquam sic omnino videtur illis Magnificis dominis nos quoque contenti sumus sed nobis videtur quod detur hic ordo oratoribus antedictis. Quod si Dux Mediolani contentus erit liberet restituere Nobilibus de Flisco burgum vallis Tarri et alia loca eis ablata ac facere compromissum liberum et generalem absque aliqua exceptione in Magnificum Comitem Carmignolam. Eo casu concludant et ad propria revertantur sicut alias scriptum fuit. Et si Dux nollet hoc facere quod tunc oratores ipsi dicant Duci quod sicut sit ad eius requisitionem liga misit eos ad eius presentiam quoniam dixit velle proponere et

rere de rebus gratis lige, et que possint esse con-
servative pacis et tranquillitatis. Deinde quoque misit
ad presentiam nostram Christophorum Gallinum cum
illis largis verbis et oblationibus quas scit et cum hac
re misit ibi steterunt qualiter autem hoc factum sit
et qualiter res ille processerint sua excellentia bene scit
quodque proinde eis non videtur amplius ibi frustra
morari quoniam steterunt plus quam conveniens
fuisset cum onere dominorum suorum et cum his
et consimilibus verbis sumpta licentia ~~ad~~ ab ipso du-
ce debeant omnino repatriare.

De — parte 21.
De — non 5. (carte 114 e 114 t.º).
Nonsinceri 6.

1430. die IV Augusti in Rogatis

Quoniam habetur modus per medium Magnifici Co-
mitis Carmignole capitanei generalis habendi ad no-
stra stipendia Magnificum Dominum Faventie pro
qua causa huc ~~~~ venit unus nuntius dicti domini
Et considerata probitate et fama ipsius domini ac
optima reputatione sua multum facit pro factis no-
stris et lige habere ipsum dominum. Vadit pars quod
antequam veniatur ad praticam cum nuntio dicti
domini Faventie dicatur oratoribus Magnifice Com-
munitatis Florentie cum illis verbis que ad materiam
pertinebunt quod nobis considerantibus ea que possint
esse utilia et commoda status illius Magnifice Comu-
nitatis videretur quod conduci deberet ad expensas li-
ge magnificus dominus Faventie ~~~~ cum

conducta equorum milles si fieri posset et pedi-
tum ducentorum, et quoniam aliter non posset
quod non relinquatur etiam usque ad numerum equ-
orum MCC et peditum CC qui dominus cum sua con-
ducta iret ad favores illius Magnifice Comunitatis
in partibus Tusie.

Et si dicti Oratores Florentini erunt contenti de
ista nostra opinione procedatur ad praticam et
conclusionem cum dicto nuntio domini prelibati
cum modis et conditionibus antedictis.

De parte 95.
De non 39. (carte 126.)
Non sinceri 10.

1430. XVII. Augusti in Rogatis.

Quoniam consideratis rebus occurrentibus tempore occur-
rentibus et his que de facili possent occurrere uti-
le est ~~imo~~ immo quodamodo necessarium conferre cum ma-
gnifico Comite Carmignaola nostro Capitaneo Gene-
rali per cuius manus facta nostra transire de-
bent si veniretur ad aliquem actum cum duce Me-
diolani, vadit pars quod scribatur prefato Ma-
gnifico Capitaneo. Quod personaliter veniat ad
presentiam nostram ut secum conferre possimus
et declarare negotia que nobis occurrunt.

De parte — 125.
De non — 7.
Non sinceri — 0 (carte 129)

5^a ...
11

MCCCCXXX. Die primo mensis septembris
indictione IX^a in Rogatis.

Cum Magnificus Comes Carmignola noster Capi-
taneus generalis requirat a nostro Dominio quod
si venietur ad guerram cum duce Mediolani et se
quatur destructio status sui sicut sperat aliquem
facere sibi aliquam partem de terris quas tenet idem
dux ita ut possit honorabiliter vivere. Nam et cum per-
sona et cum omni eo quod habebit semper erit ad om-
nia nostra mandata. Vadit pars quod dicatur dicto Magni-
fico Comiti quod contenti sumus audivisse hanc suam in-
tentionem quodque adhuc non deliberavimus venire ad
guerram. Sed vadat et sit boni animi ac disponat viri-
liter et Magnifice facere sicuti facere consuevit. Nam si
venietur ad guerram cum duce Mediolani quodque sub suo
capitaneatu mediantibus operationibus suis sequatur de-
structio status Ducis. Itaque perdat dominium Mediolani
et aliorum locorum que tenet Dominatio nostra dabit
sibi unam ex civitatibus que acquirentur ultra Abduam
cum suo districtu seu comitatu. Illam videlicet que ma-
gis placebit sue Magnificentie. Excepta civitate Mediolani.

De parte 62 — . . . 109.

Vadit pars quod dicatur dicto Magnifico Comiti quod
contenti sumus audivisse hanc suam intentionem et quod
adhuc non deliberavimus venire ad guerram. Sed vadat
et sit boni animi et disponat viriliter et magnani-
me facere sicut facere consuevit. Nam si veniemus
ad guerram cum duce Mediolani quodque sub suo ca-
pitaneatu mediantibus operationibus suis sequatur
destructio status ducis. Ita quod perdat dominium Me-

..e.ssi et aliorum bonorum que tenet dominatio nostra ..ue semper dilexit et dilexit suam Magnificentiam et ..norem suum et sic semper consuevit esse liberalis ..t grata in illos qui sibi fideliter servivierunt taliter pro..idebit de sua Magnificentia quod poterit honorabiliter ..ivere et merito contentari et ample cognoscet liberalita..tem et gratiam nostram.

..t lex nunc sit captum quod eveniente casu predicto ..dari debeat dicto Magnifico Comiti una ex civitatibus ..que acquiretur ex illis quas possidet Dux Mediola..ni cum eius districtu et comitatu illam videlicet que ..liberabitur per istud consilium excepta civitate ..ediolani.

De — parte ... 17.

Quod eveniente casu predicto dominatio nostra dabit sibi Papiam et Placentiam cum suis districtibus et comitatibus.

De — parte 33.

De — non 34. . . . . 26. parte 131.

non sinceri 12. . . . . . 5.

---

die III Septembris 1450 in Rogatis.

Quoniam spectabiles oratores magnifice Communitatis Florentie cum magna instantia instant et requirunt ..ontra illa que fecit et continue facit dux Mediolani con..tra formam pacis in damnum et detrimentum lige nos..tre modis et maxime nunc ipsa introductione quam fecit de civitate Lucana ac incursionibus et continuis molestijs que facte sunt et fiunt per gentes ipsius du..cis in Tusciam per gentes ipsius contra terras et sub..

deros ipsius magnifice Communitati dicendo et propa latos actus et modos quos ordeatur de ejus intentione et cetera. Quod velimus publice rumpere contra ipsum ducem in partibus Lombardie quoniam nulla est salubrior provisio nec utilior medicina ad salvandum honorem et statum lige et ad destructionem huius tiranni et ad liberandum ista duo dominia ab insidiis et periculis huius Comunis hostis per tempora futura. Vadit pars quod dicatur oratoribus antedictis Quod sicut illa Magnifica Communitas ac sue spectabilitates dudum intelligere et manifeste cognoscere potuerunt Nos semper fuimus prompti et perfecte dispositi ad omnia concernentia honorem et conservationem status huius felicis lige. Optantesque facere omnia que habiliter fieri possint pro et liberandi illam Magnificam Communitatem ab oppressionibus et periculis imminentibus et Contenti sumus rumpere contra ipsum ducem in his partibus Lombardie ac rumpi facere ubicumque et qualitercumque fieri poterit contra eum et statum suum ac viriliter prosequi ad eius ruynam et destructionem sicut requirit illa Magnifica Communitas Et hoc facere volumus quanto citius et habilius sit possibile. Sed quoniam nobis sunt videndo intrare in tantum factum et summere tantum impresiam quia tota moles huius guerre converteretur in nos et loca nostra in partibus Lombardie habitoque respectu ad situm locorum nostrorum que undique in montibus et in plano non solum confinant sed mixta et incorporata sunt cum locis suis per totam Lombardiam tam citra quam ultra padum et

Similiter dicimus de locis colligatorum et recommen
datorum nostrorum opus esset multis et magnis pro
visionibus ac multo majori numero gentium [illegible]
et pedestrium quam habeamus ad presens sicut
etiam dicit Magnificus comes Carmignola noster ca
[illegible] generalis [illegible] non ad firmandum [illegible] sed
ad guerrizzandum et salvandum terras et loca nostra
[illegible] colligatorum et recommendatorum nostrorum. Esset
etiam necessaria armata padi sicut pluries dictum est [illegible]
ca [illegible] et ponendam in ordine opus erit
subito adhibere magnam solicitudinem quoniam absque
illam nichil notabile fieri posset. Ideo dicimus quod re
manentibus ad partes istas magnifico domino Faventie ac
[illegible] nobis de presenti illa Magnifica Comunitate Floren
tie equos mille et pedites mille positaque in ordine ar
mata padi ad communes expensas contenti et para
ti sumus [illegible] omnia suprascripta cum
[illegible] subito contra ducem ubicumque et qualitercumque
voluerimus.

[illegible] quoniam [illegible] est quod dux [illegible]
[illegible] ista ruptura [illegible] facere se [illegible]
bus armigeris et fantariis de tempore in tempus et
in hoc casu necessaria nobis erit multo major sub
[illegible] ubi ipsa magnifica [illegible] volumus quod
dicta Comunitas interim de tempore in tempus pro
videat nobis de subsidio [illegible] gentium. Ita quod
ad tempus novum ad longius habeamus ab ipsa
comunitate subsidium equorum saltem 4000 et
peditum 2000 computatis suprascriptis. Et si ipsa
Comunitas aleviata erit de factis luce aut quod

omes Franciscus et gentes ille que sunt in Tuscia venient omnes vel pars eorum in Lombardiam eo casu dicta Magnifica Communitas teneatur nobis mittere gentes suas omnes vel partem earum per ratam sicut melius fieri poterit pro observatione et adimplemento eorum ad que ipsa Communitas obligatur ex forma lige.

De parte 91.

Ideo libenter sciremus a suis spectabilitatibus, qualiter illa Magnifica Communitas erit in ordine de illis equis quattuor milibus et peditibus duobus milibus quos nobis dare obtulerunt in casu quo rumperemus posita etiam armata padi in ordine ad expensas communes quoniam nos ex parte nostra erimus in ordine omnibus opportunis. Et si dicent esse in ordine et erunt contenti dare IV^m et II^m pedites dicatur eis quod contenti et parati sumus rumpere habitis illis. Si vero aliter responderent tunc veniatur ad istud consilium et cum eo quod habebitur et deliberabitur sicut videbitur expedire.

Subiungatur etiam eis quod si illa Communitas provintie erit alleviata de factis luce. Antequo Comes Franciscus et ille gentes que sunt in Tuscia omnis vel pars earum recederent de Tuscia eo casu teneatur nobis subvenire de aliis gentibus omnis usque ad numerum limitatum ex forma lige.

De parte ——— 35.
De non ——— 23. (carte 131. e 131. t°).
Non sinceri ——— 15.

1430. die V.to Septembris in Rogatis.

Cum Magnificus Comes Carmignola noster Capitaneus in Rogatis remanserit bene contentus de his que sibi dicta fuerunt secundum deliberationem pridem factam in isto Consilio offerens in omnem eventum exponere personam ingenium et quicquid poterit pro honore et statu nostro sed conclusive supplicavit nostro dominio quod si venietur ad guerram cum Duce Mediolani in qua perdat partem status sui et postea dominatio nostra deliberaret venire ad pacem cum ipso duce antequam acquirantur terre et loca que fuerunt ipsius Comitis que alias promisimus sibi dare si acquirentur. Quod eo casu taliter providere dignemur et facere quod in conditionibus pacis dux Mediolani omnino et expresse promittat restituere et cum effectu restituat et relaxet sibi libere absque ulla obligatione dictas terras et loca. Et insuper petit de gratia speciali a nostro dominio quod si acquirentur quedam castra et loca modice existimationis territorij vercellensis que dux Mediolani in se retinuit et reservavit ~~quantum~~ quando dedit terram Vercellarum cum suo districtu Illustri domino duci Sabaudie de illis sibi complacere dignemur. Vadit pars Quod dicatur dicto Comiti cum verbis pertinentibus quod si rupta guerra cum duce Mediolani deinde venietur secum ad pacem vel concordiam nos offerimus facere omnia possibilia quod dicta loca que fuerunt sua sibi libere et absque ulla obligatione restituantur. Sed si forte

istud obtineri non posset. Eo casu providebimus sibi pro concambio ipsorum locorum suorum de aliquibus aliis locis ex illis que acquirentur sicut nobis videbitur conveniens et honestum Ita quod sua Magnificentia hoc ratonabiliter contentari.
Ad partem autem dictorum castrorum et locorum territorii Vercellensis dicatur quod respectu domini ducis Sabaudie qui tenet terram Vercellarum et cetera omnia castra et loca territorij Vercellensis et ex quibusdam aliis honestis causis non videtur nobis hoc tempore et cum honore nostro et pro bono rerum gerendarum posse istud expresse promittere. Sed bene certificamus suam Magnificentiam quod omn[illegible] casu quod loca illa acquirantur si videbimus modum quo cum honestate et honore nostro id facere possimus libenter sue Magnificentie complacebimus.

De parte — — — 45.

[illegible note] Capit partem suprascriptam per totum. Salvo quod ad factum castrorum et locorum territorij Vercelensis que petit dicatur sibi. Quod si acquirentur illa sibi dabimus sicut petit.

De parte — — — 73.
De non — — — 9. (carte 132).
Non sinceri — — — 9.

MCCCCXXX. die XI septembris in Rogatis

Quod in executione promissionum factarum magnifico Comiti Carmignole nostro Capitaneo Generali secundum deliberationem factam in isto consilio fiat sibi litera patens infrascripti tenoris. Videlicet.

Franciscus Foscari Dei gratia Dux Venetiarum etc.
Magnifico Nobili Civi nostro dilecto Francisco de
Vicecomitibus dicto Carmignola Comiti Clarii et Castri
novi omnium gentium nostrarum armigerarum a
capitaneo generali salutem et sincere dilectionis affectum.
Ut per continuam rerum experientiam vestre ma-
gnificentie omnibusque clarissime notum sit quan-
tum vos sincere diligimus quantumque ipsa vestra
vestreque magnifice operationes sunt apud nostrum
dominium acceptissime que ad augumentum ho-
noris vestri et commodi nos continue faciunt prom-
ptiores. Harum serie cum deliberatione nostri consilii
notificamus. Quod si casus advenerit quo veniamus ad
guerram cum illustri domino duce Mediolani quod-
que sub capitaneatu vestro vestrisque mediantibus
operationibus sequatur destructio status ducis ita quod
perdat dominium Mediolani et aliorum locorum que
tenet. Dominatio nostra vobis dabit unam ex civi-
tatibus que ultra abduam acquirentur cum toto
suo comitatu sive districtu illam videlicet que
magis magnificentie vestre placebit excepta civita-
te Mediolani. Et si sub capitaneatu vestro datum
esset principium destructionis status ipsius ducis
et successive totalis eius destructio sequeretur in
nostra dominatio vos cassaret nihilominus su-
prascripta nostra promissio locum habeat et ef-
fectum. Insuper etiam de illa castra et loca terri-
torii Vercellensis que dux ipse Mediolani sibi retinuit
et reservavit ~~quoniam~~ quando dedit Civitatem Vercellarum illu-
stri domino duci Sabaudie contentamur atque promit-

timus. Ipsa castra et loca que prefactus Dux Mediolani in se ut predicitur reservavit Magnificentie Vestre dare. Preterea si ut prefertur veniretur ad guerram cum dicto Duce Mediolani in qua perdat partem status sui et postmodum secum ad pacem venire deliberavimus antequam acquirantur terre et possessiones que fuerunt Vestre Magnificentie tempore quo cum ipso duce residebatis que alias vobis dare promisimus si acquirentur. Eo casu omnia nobis possibilia faciemus quod in conditionibus pacis sive concordie Dux ipse omnino et expresse promittat restituere et cum effectu restituat et relaxet libere et absque aliqua obligatione terras loca et possessiones predictas. Sed si forte istud obtineri non posset in hoc casu providebimus vobis pro concambio de aliquibus locis ex illis que acquirentur, sicut nobis videbitur conveniens et honestum. Ita quod Magnificentia vestra rationabiliter poterit contentari. Datum etc.

De parte — 103.
De non — 36. (carte 133.).
Non sinceri — 13.

MCCCCXXX die XVIII. Octubris in Rogatis.

Quoniam propter diversas res multum importantes ad statum nostrum quotidie occurrentes respectu temporis presentis opus est habere aliquem ex nostris apud magnificum Comitem Carmignolam nostrum capitaneum [illegible] vadit pars quod Collegium habeat libertatem eligendi et mittendi unum ex nostris nobilibus ad ipsum magnificum capitaneum qui debeat stare vel in Brixia vel ubi melius et habilius videbitur ut continue et de

tempore in tempus dicere consit sollicitare et inveni ... ibi per nostrum dominium vel per istud consilium committentur secundum conditiones et importantias rerum ac nos continue de omnibus avisare. Et eligatur cum illis modis familia et expensis ac conditionibus que dicto collegio videbuntur.

De — parte 74.

De non 51. (carte 141. t.°)

Non sinceri 7.

---

die XXVIII. octubris 1430 in Rogatis.

Quoniam conditionibus temporis presentis consideratis et inspectis his que fieri habebunt est non solum utile sed penitus opportunum pro expressa utilitate negotiorum nostrorum conferre cum magnifico Comite Carmignola nostro Capitaneo Generali. Vadit pars quod scribatur sibi quod veniat ad presentiam nostram relinquendo ordines opportunos in gentibus nostris sicut alias facere consuevit pro omnibus casibus qui occurrere possent usque ad eius reditum.

De parte — 88.

De Non — 54. (carte 143.)

Non sinceri — 5.

1430. die XV decembris in Rogatis

Quod litera alias facta magnifico Comiti Carmignole nostro Capitaneo generali sub die XI. septembris elapsi. Reformetur ac sibi detur in forma infrascripta videlicet

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Magnifico Nobili civi nostro dilecto Francisco de vicecomitibus

dicto [illegible] Comiti [illegible]arii et [illegible] omnium
gentium nostrarum armigerarum Capitaneo genera-
li salutem et sincere dilectionis affectum. Ut per con-
tinuam rerum experientiam vestre Magnificentie om-
nibusque clarissime notum fit quantum vos sincere di-
ligimus quantumque fides vestra vestreque operationes
sint apud nostrum dominium acceptissime que ad aug-
mentum honoris et comodi vestri nos continue faciunt
promptiores. Harum serie cum deliberatione nostri consilii
vestre Magnificentie pollicemur. Quod si casus advenerit
quo serviamus ad ipsius domini ducis X Ita quod perdat do-

X guerram cum illustri domino duce Mediolani, quod esset sub Capitaneatu vestro sequeretur destructio status ipsius

minium Mediolani et aliorum locorum que tenet ad pre-
sens per majoris partis ipsorum dominatio nostra
vobis dabit ac vestris heredibus et successoribus ac
nepotibus vestris eorumque heredibus unam ex civita-
tibus que ultra Abduam acquirentur cum toto suo
Comitatu et districtu ac Episcopatu quantum
videlicet comprehendit ipse districtu et Comitatus
ad iurisdictionem temporalem. Illam videlicet que
magis magnificentie vestre placebit excepta civi-
tate Mediolani et si sub vestro Capitaneatu datum
esset principium destructioni status prefati do-
mini ducis et ante quam totalis eius destructio
sequeretur nostra dominatio vos cassaret nichil
ominus suprascripta nostra promissio executio-
nem habere debeat et effectum. Insuper etiam
si acquirentur illa castra et loca territorij Ver-
cellensis que Dux ipse Mediolani in se retinuit et
reservavit quando dedit Civitatem Vercellarum illu-
stri domino duci Sabaudie. Contentamur atque

promittimus ipsa castra et loca que prefatus Dux Mediolani in se ut predicitur reservavit magnificentie vestre dare vestrisque heredibus et successoribus ac nepotibus vestris eorumque heredibus. Declarantes expresse quod prelibatus Dux Mediolani intelligatur perdidisse statum suum quantum respectu executionis harum nostrarum promissionum et locum habere debeant et habeant iste nostre promissiones quando dominatio nostra acquisiverit civitatem Mediolani et duas partes aliarum civitatum quas idem dominus dux Mediolani tenet ad presens. Quequidem promissiones nostre locum habere debeant ubi magnificentia vestra usque ad huiusmodi destructionem ut predicitur declaratam status Ducis Mediolani prefati cum nostro dominio stare velit, stando videlicet in illo gradu et conditione in quo vel qua vos reperietis finita refirma vestra si vestre magnificentie tunc stare libuerit quod in arbitrio vestro sit. Preterea si ut prefertur venietur ad guerram cum prefato duce Mediolani in qua perdat partem status sui et postmodum pacem ad pacem venire deliberabimus antequam acquirantur terre loca et possessiones que fuerunt vestre magnificentie seu tenebatis tempore quo cum ipso duce residebatis que alias vobis dare promisimus si acquirentur eo casu omnia nobis possibilia faciemus quod in conditionibus pacis sive concordie Dux ipse Mediolani omnino et expresse promittat restituere et cum effectu restituat et relaxet libere et absque aliqua obligatione vobis ac heredibus/

et successoribus vestris ac nepotibus vestris et
eorum heredibus terras, loca et possessiones hereditas
sed si forte istud obtinere non posset in hoc casu
providebimus vobis vestrisque heredibus et succes-
soribus ac nepotibus vestris et eorum heredibus de
concambio de aliquibus aliis locis ex illis que acqui-
rentur sicut nobis videbitur conveniens et honestum
Ita quod Magnificentia Vestra poterit rationabiliter
contentari. Volumus quoque atque contenti sumus
habere et tenere vos vestrosque heredes et nepotes vestros-
que ac illorum heredes cum terris et locis quas et
que vobis et illis dabimus ut prefertur sub recom-
mendatione et protectione nostri dominij quemadmo-
dum habemus et tenemus alios recommendatos no-
stros facientibus et observantibus viceversa vobis dictis
sive vestris nepotibus ac heredibus vestris et suis versus
nostrum dominium Ea omnia que veri et recti Re-
commendati facere et observare tenentur. Datum in
nostro ducali palatio die XV decembris Indictione nona
millesimo quadringentesimo .°. °°simo

De parte — 129.
De non 19. (carte 153 t.°).
Non sinceri 3.

MCCCCXXX die XXVIII. decembris in Rogatis.

Quod scribatur Magnifico Capitaneo generali in hac forma v[idelicet]...
Intellectis literis vestris ac literis vobis scriptis per
illustrem dominum ducem Mediolani per quas re-
quisit ut licentiam concedatis Christophoro Gilino
magistro intratarum suarum ut ad vos ve-

nire possit et aliqua parte sua referre que postea nobis notificare habeatis super ea materia sci re petitis intentionem nostram etc. Respondemus quod ad memoriam reducentes varios modos et artes per ipsum ducem iamdudum in his negotiis ob servatas ac quotiens nos et vos simul sub his artificiosis inventionibus fefellit atque derisit nobis nullo modo videtur quod ipsi Christoforo nec alicui alteri licentiam concedatur. Immo Magni ficentie vestre consulemus et quantum possumus suademus ut modum et ordinem apponatis quod alicui de Mediolano aut aliunde ex parte ducis ad vestram Magnificentiam venire volenti cuiuscum que conditionis existat non detur receptus in do mo vestra neque cum talibus commertium aliquid habeatur. Nam hec ad bonum finem, et non sine causa dicimus ac scimus quid loquimur velitque vestra Magnificentia nobis credere nostraque consilia imitari. Multa enim que directe fieri nequeunt indirectis viis et artibus fieri procurator, Et hec dicimus respectu magnifice vestre persone.

De parte — 55.

Volunt partem suprascriptam exceptis illis verbis videlicet Et hec dicimus respectu Magnifi ce vestre persone.

De parte — 82.

De non — 10. (carte 134 t.°)

Non sinceri — 0.

[margin notes, faint:] ... F. Lauredanus ... Leon. Iustiniano ... Sapientes super terris.

MCCCCXXX. die XXII Januarij (m.v.) in Rogatis.

Quoniam Magnificus Comes Carminiola noster Capitaneus generalis propter certum tractatum qui habitus est et habetur equitaturus est ista nocte proxima cum parte gentium nostrarum armigerarum et peditum pro intrando in civitate Laude et surripiendum ipsam de manibus Ducis Mediolani. Et si res ista habebit optatum effectum sicut speratur in gratia Dei, ac etiam si casus occurreret quod Deus avertat, quod non haberet effectum in omni casu certissimum est quod erimus in publica guerra cum Duce Mediolani, et credendum est quod ipse ex parte sua, omni modo possibili providebit non solum ad defensam sed etiam ad offensam contra nostrum dominium et statum nostrum. Unde et nos debemus per consequens vigilare et habere considerationem ad conservationem status nostri, et ad prosequendum istam impresiam contra ducem omnibus viis et modis possibilibus et facere provisiones utiles ad hanc materiam. Vadit pars, quod collegium habeat libertatem secundum formam alias datam. Imo promissam omnibus gentibus nostris armigeris generaliter praticandi et providendi Conductoribus nostris gentium armigerarum de illo augmento quod dicto Collegio videbitur conveniens et honestum cum illis modis et quando videbitur dicto collegio. Et similiter de Conestabilibus et fantarijs nostris ut habeant causam viriliter et ferventer faciendi honorem nostrum et debitum suum Declarando quod illi nostri Conductores quibus accrescitur conducta teneantur conducere saltem a tercia parte usque ad medietatem illius augmenti quod

292. Fuit de gentibus novis forensibus bene in ordine.

De parte 81.

De non 31. (c.ta 157 t.º)

Non sinceri 5.

MCCCCLXXX. die III.º februarii in Rogatis (m. v.)

Quoniam utilissimum est et plurimum necessarium cum

bene gerere facta nostra, quod magnificus capitaneus

noster generalis intelligat et cognoscat quod habemus

facta huius imprese contra ducem Mediolani,

valde cordi, utque declarari possint sibi nostri conce

ptus circa ea que fieri habeant tam presenti tempo

re quam etiam pro tempore futuro, et presertim

quod si possibile sit antequam veniat tempus

novum detur modus habendi pontem super flumi

ne Abdue in aliquo loco et pro subtrahendo de ter

ris vallibus et locis ducis Mediolani ab obedientia

sua et pro declarando sibi provisiones quas fecimus

et facturi sumus, tam pro gentibus armorum et

fantariis quam pro armata padi et pro armata ma

ritima et pro aliis oportunis et pro audiendo et in

telligendo a sua Magnificentia eius opinionem at

que conceptum circa omnia que fieri habeant tam

nunc quam tempore novo. Vadit pars quod mitti debeant

ad ipsum Capitaneum Generalem duo nostri nobiles

de Collegio qui deliberabuntur per ipsum collegium

ducant secum illam familiam que eis videbitur. Et

possint expendere id quod fuerit opportunum pro his

modicis diebus ┬ Sed non possint dicti nobiles tenere

nisi per illos dies qui fuerint opportuni ad exponen

┬ Vadant ad beneplacitum nostri dominii cum illa commissione que eis

dabitur per istud consilium. (c.º

dum nostram intentionem, et audiendum opinionem magnifici Capitanei generalis et summendum illas declarationes que nostro dominio videbuntur cum quibus ad nostram presentiam revertantur.

De —— parte alii

De —— non 1. (carte 161. t°).

Non sinceri 0.

MCCCCXXX. die XIV. Febuarij in Rogatis. (m. v.)

Nos Franciscus Foscari Dei gratia Dux Venetiarum etc. Committimus vobis Nobilibus viris Delphino Venerio et Francisco Barbadico dilectis et honorabilibus civibus nostris, quod vadatis ad presentiam magnifici Comitis ... nostri Capitanei generalis cui post salutes et exhortationes congruas exponetis. Quod cum devenerimus sicut scit ad guerram publicam cum Duce Mediolani libenter contulissemus cum sua magnificentia tam pro dicendo conceptus nostros quam pro audiendo opiniones suas circa ea que fieri haberent in hac guerra pro honore et statu nostri dominij. Sed consideratis conditionibus ... et temporum non ... nobis visum ... et utilius quod sit in partibus illis ut de die in diem et de hora in horam possit esse presens ad ... et ordinandum ea que fienda sunt. Et ... mittimus vos ad presentiam suam ut nostro nomine dicatis conceptus et desiderium nostrum et ab eo audiatis et intelligatis eius opinionem utque per consequens ... possit melior deliberatio in ...

2^a 1.

ietis quoque quod sicut pluries sibi scripsimus et dici fecimus, nobis videtur quod principalior provisio sue f... iubeat, sit ad terminum modum quod habeatur pons supra Abduam aut ex illis qui nunc sunt si haberi possent aut quod construatur de novo super navibus aut aliter in partibus superioribus vallis Sancti Martini aut ... aut alibi sicut melius videretur ita quod transiri posset ultra Abduam super ducatu Mediolani ubi est caput et cor ducis Mediolani et status sui et in hoc nobis videtur quod multum consistatt facta nostra ad excidium hostis nostri. Et licet sciamus suam Magnificentiam ordinasse quod fiant ubique barche pro hac causa. Tamen rogabitis et inducetis eum quod ad hoc dirigat spiritus et mentem suam ac omni possibili modo provideat quod aliquis pons supra Abduam habeatur. Commemorando sibi quod habentibus nunc nobis vallem Sancti Martini que est super flumine Abdue et que est ex oposito montis Brigantie flumine intermediante credimus quod habiliter et faciliter haberi seu fieri posset pons supra Abduam saltem super naves. Et si haberi posset favor illius parisade aut aliorum per modum quod mons ille Brigantie et specialis terra Ulcinate, que est super Abdua in monte Brigantie ex opposito vallis Sancti Martini, multo facilius fieri et haberi posset pons et liber transitus ultra Abduam sed tamen aut per hunc aut per alios modos qui sue Magnificentie videbuntur certissimi sumus quod dabit modum et locum huic nostre intentioni ad quam eum quantum possibile vobis fuerit inducere studeatis, ut per omnem viam provideatur, quod

ones et transitus iste haberi possit super qua ma
ria, vos quantum plus possumus oneramus quo
niam hec est una ex provisionibus non solum utili
bus sed principaliter necessariis ad facta nostra.
Preterea dixalis quod considerantibus nobis verba et
opinionem sue Magnificentie sicut alias ab eo audivi
mus ac sicut est veritas quod attendendum est ad ea
ut. Considerantibus quoque nobis quod hoc mense
Jenuarii aque fluminum sunt minores quam in alio
tempore anni, quoque per consequens flumen Abdue
sicut alias nobis dixit sua Magnificentia in pluribus
locis vadari posset maxime in illis partibus superio
ribus licet recusque memorie ... alias nobis dixit
quod opinio sua esset quando Abdua vadari posset
transire super ducatu Mediolani cum aliqua ... man
u de gentium armigerarum et peditum ac cursitare
usque ad portas Mediolani ubi dari posset maxi
mum terrorem gentibus nostris et imponeretur | seu
afferrentur de rebus gratis et utilibus Status nostri
que ita a longe nequeunt cogitari. Reducimus sibi
ad memoriam istud factum. Nam pro opinione
nostra credimus quod istud citius et melius fieri
posset hoc tempore quam aliquo alio tempore tam
propter habilitatem transeundi flumen quam etiam
quia gentes ducis sunt sparse et divise in multis
locis videlicet in Clara Abdue ultra Padum in parmen
si placentino et terdonensi? ac ultra Ticinum et alibi
que non possent ita cito uniri neque resistere huic
facto. Et si istud fieret in presenti non in modum
tenendi campum sed pro stando quatuor aut sex

maxime confusio et periculum Status ducis Mediolani secundum fortasse in tali acto et cavalcata apparerent seu

246.—

sicut sue ... videtur ... Gratissimum est quia maximus honor et utilitas sequeretur factis nostris ac maxima laus et gloria sue Magnificentie. Et ideo si vult ... quod hoc fieri possit absque periculo gentium et rerum nostrarum nobis valde placebit. Nihilominus relinquimus ad deliberationem et arbitrium sue Magnificentie eundi vel non eundi quando intelligit loca ac natura rerum nec dubitamus quod deliberabit et faciat sicut sibi videbitur tutius et melius pro statu nostro.

Preterea dicetis quod sicut sibi scripsimus ... feceimus per Rectores nostros Brixie in facto augumenti sue conducte Nos fuimus et sumus contenti de omni eo quod placuit sue Magnificentie videlicet quod addantur in sua conducta lancee centumviginti quinque sibi quod proinde suadebitis quod conducat illam majorem partem quam poterit de gentibus novis aptis et expertis in armis. Nam nolumus sibi imponere aliquam ... tam facientes quod multo melius faciet quam nos ipsi ordinare possemus sicut non dubitamus quod Magnificentia sua faciet tam pro habendo gentes electas quam pro dando exemplum aliis conductoribus nostris quibus fiet augumentum in suis conductis.

Super augumento fiendo aliis conductoribus nostris dicetis quod audivimus per ... nostrum nunc e Brixia ... sue Magnificentie Et quod Commisimus vobis ut simul cum sua Magnificentia facietis illas additiones et limitationes

ne sti... ...ationibus et ... ...m in ...

... ...ure suar nobis augumento ... ...a ...

... pro iisdem hortari debeatis et inducere suam Maiestatem

... etiam parte nostra quod servet illos meliores mo...

...dos ... sue Magnificentie ... et sic vos

...iam faciatis ut dicti nostri Conductores contenti

manseant de illo minori augumento quod possi-

bile fuerit usque ad quantitates inferius declara-

tas. Et demum damus vobis arbitrium et plena-

riam libertatem faciendi id melius quod possibile

vobis erit usque ad quantitates infra descriptas.

...agnifico Petro Pampaulo qui nunc habet lan-

ceas ducentas fiat additio usque ad tercentas

...nifico ...sino de ...sinis qui habet lanceas centumquin-

quaginta fiat additio usque ad ducentas

Spectabili Alovisio de Verme qui habet lanceas ducentas

fiat additio usque ad tricentas

Strenuo Tadeo Marchioni qui habet lanceas centum fiat

additio usque ad centumquinquaginta.

Strenuo ... ...ano qui habet lanceas centum

decem fiat additio usque ad centumquinquaginta.

Strenuo Cesari de Martinengo qui habet lanceas qua-

draginta octo fiat additio usque ad octuaginta.

...ariolo de ...ventia qui habet lanceas viginti tres

fiat additio usque ad quadraginta.

De magnifico Aloysio de Sancto Severino non expedit facere

mentionem.

Similiter neque de Antonello de Senis, Comite Gentili

de Ursinis, Bacio de Viterbio Comite a Panicaleis Sca-

...muccia de Lucera et aliis qui fuerunt de conducta

magnifici Domini Mantue, quorum usi nost con
ducionem cum omnibus aliis conductoribus nostris
sentinte fuerunt eorum conducte. Istis addite fuerunt
aliquam in duplo et aliquibus in triplo plus quam
haberent tempore guerre. Et hanc opinionem tenet
etiam prefatus magnificus Capitaneus Generalis sicut
nobis dici fuit quod istis non sit aliquid augendum.
De ... de Albania qui habet lanceas sex et ducatos
... de provisione in mense. De Ventura da Lodigio
qui habeat lanceas decem et ducatos decem in mense de pro
visione et de ... de ... qui habet lanceas tres
... sunt valentes viri; Relinquimus in arbitrio vestro
faciendi eis illas additiones que vobis videbuntur convenien
tes verum declaramus quod factis dictis additionibus ces
sare debeant dicte provisiones mensuales.
Preterea quoque contenti sumus secundum opinio
nem et consilium sue Magnificentie, quod illis ca
voralibus et peditibus nunc existentibus ad nostra
stipendia qui sue Magnificentie viderentur sufficientes
et apti ad habendum conductam et qui valeant provi
deantur ille conducte peditum que sue Magnificentie
et vobis videbuntur convenientes secundum qualita
tem et conditionem uniuscuiusque et illis Comestabili
bus quibus videretur esse augendum fiant aliquas
additiones secundum sufficientiam et merita ipsorum
Comestabilium. Ita quod in his Comestabilibus et
aliis de novo fiendis possint dari conducte et fieri ad
ditiones usque ad numerum peditum sexcentorum
vel circa. Sed suadeatis sue Magnificentie quod det ta
les modos et ordines cum istis Comestabilibus quod non

conducant sub̃s praisanas, aut pedites in expertes ne-
que de illis qui sunt cum aliis Comestabilibus nostris
aut ... sed reperiant pedites bo-
nenses expertos et aptos a quibus nobis possint bona
servicia sicut optat sua Magnificentia aut nobis assi-
gnantur ex illis ducis Mediolani si haberi poterunt
ex illis de quibus confidi possit. Ad hoc executionem ...
intentionis nobis dari fecimus ... ut dari
possint prestantie oportune pro dictis peditibus conducend.
Quando autem facte fuerint additiones supradicte ...
ductoribus nostris gentium armigerarum tunc ...
omnibus eis quod mittant hic Cancellarios suos qu-
ibus dari faciemus prestantias consuetas pro dictis
additionibus. Sed dicatis Magnifico Capitaneo generali quod
se intelligat cum dictis Conductoribus et statuatur ...
... infra quos debeant conduxisse dictas
additiones limitando quanto brevius tempus possibile
fuerit. Insuperque sue Magnificentie non moveat
... Conductores. Infra quos statuat et ordinat ...
quam penam ipsi conductores quam incurrant
in casu quo non conducant totum numerum qui eis
augebitur, tam ut habere possimus gentes illas ad tem-
pus quam etiam ut non habeant causam ...
et tenendi denarios quos eis dabimus pro prestantiis an-
tedictis.

Insuper captato tempore et modo congruo suadebitis sue
Magnificentie quod velit personaliter se reducere aut
in Pergamo aut in aliquo alio loco sibi grato et comodo
ad illas fronterias vel cum familia sua de domo vel
cum illa parte gentium suarum que sibi ...

[illegible] certissimum est quod presentia sua ad illas fron-
tias erit valde utilis ad ea que fieri habent ad hono-
rem et comoda Status nostri et ad damna et detri-
menta Ducis Mediolani, multi qui non auderent aut
[illegible] non possent venire usque Pergamum ad lo-
quendum cum sua Magnificentia venirent Pergamum
aut ad illa loca proxima ac dicerent et [illegible]
[illegible] utriusque statu nostro. Et existente sua Magnificen-
tia ibi prope forte aliqui ex subditis Ducis respectu Sue
Magnificentie se moverent ad faciendum de rebus quas
non facerent non videntes eius presentiam. Et cum his
et aliis pertinentibus verbis et persuasionibus procu-
rabitis eum inducere ad eundum et standum perso-
naliter aut in Pergamo aut in alio loco apto et idoneo
ad illas frontierias ut prefertur, quoniam hoc erit
utilissimum factis nostris ac nostro dominio valde gra-
tissimum. Et etiam melius et aptius providere posset
ad intentionem nostram quam supra diximus
fieri faciendi pontem supra Abduam posset que etiam
si sibi necessarium videretur personaliter ire in
vallem Sancti Martini ad ordinandum et dandum ordi-
nes opportunos super ista materia et super aliis
rebus que sue Magnificentie videbuntur ad honorem
et statum nostri dominij pertinere.

Inter cetera etiam dicetis prefato Magnifico Ca-
pitaneo factum Vallis Telline ut si modus aliquis
dari posset quod ipsa Vallis ad nostram obedien-
tiam deveniret sua Magnificentia adhibeat spiri-
tus suos ut ipsa res si fuerit possibile sortiatur
effectum. In qua re faciatis omnes persuasiones et

Ducis et Status
[illegible]
potius esset quod
staret ibi ad illas
fronterias prope
loca Ducis Medio-
lani

instantiam possibilem.

Quando dixeritis istas nostras opiniones prefato Magnifico Capitaneo volumus quod concludatis quod habentes de sua Magnificentia eam fidem quam habemus de nobis ipsis scientesque quod omnes eius cogitationes dirriguntur ad honorem et statum nostrum. Relinquimus in libertate arbitrio et deliberatione sue Magnificentie disponendi terminandi et faciendi sicut sibi videbitur, quoniam certi sumus quod deliberabit et providebit sicut ad utilitatem et commodum status nostri melius viderit pertinere. Facietis quoque memoriam sue Magnificentie de fortificatione quam facit dux Mediolani ad turrectas per oppositum Tricij que sunt super territorio nostro Pergamensi et de damno quod per illum locum Tricii maxime si fieret pons ibi sicut dicitur posset inferri locis et subditis nostris Pergamensis suadendo si est possibile ut provideatur et obstetur huic facto per illos modos qui sue Magnificentie videbuntur.

Ulterius etiam dicatis quod ser Johanem de Morij cancellerium suum et per eius literas fuimus requisiti ut sibi dari faceremus duas pagas mensis decembris et Januarij et insuper prestantias pro additione lancearum CXXV. Et quod ordinavimus sibi dari pagam mensis decembris et prestantias pro dictis lanceis CXXV. additis. sed quod non est nobis ullo modo possibile pro presenti dare pagam januarii quoniam oportet quod

[illegible]cipimus maximum summam pecuniarum in
isto principio sicut conspicere potest sua Magni-
ficentia tam pro gentibus armigeris [illegible]
nos de novo conducimus quam pro armando et ex-
pediendo armatam nostram ad quam adhibemus omnem
possibilem diligentiam et pro prestantiis quas facere
oportebit aliis Conductoribus nostris pro accrescimento
quod eis facturi sumus et pro ~~prestantijs quas fa-~~
~~cere oportebit~~ diversis alijs rebus sine quibus fie-
ri non potest. Unde rogamus suam Magnificentiam
ut velit esse contenta [illegible]
mense in mense facere sibi debite solutiones sicut
fecimus per elapsum.
De omnibus que dicere et facere habebitis cum Magnifico Ca-
pitaneo generali et aliter volumus quod Rectores nostri
Brixie sint presentes, quoque cum eis omnia con-
feratis.
Vobis insuper reducimus ad memoriam quod no-
bis valde placebit quod expeditis a magnifico Capita-
neo generali circa supradicta negotia personaliter
vadatis Pergamum et deinde usque in Vallem Sancti
Martini tam ad videndum et considerandum illa loca
et situm ac modos qui haberi possent tam ad
[illegible] construendum quam ad alia que possent
esse utilia Statui nostro quam etiam pro conten-
tamento et solatione illorum fidelium subditorum
nostrorum partium illarum si videbitis [illegible]
cum securitate persone vestre.
Audivimus quod Castrum nostrum Brixie non est
completum reparari in locis ubi vastatum fuit [illegible]

[illegible]bardas tempore guerre prebite quodque indiget
[illegible]tis laboreriis seu reparationibus et fortificationibus,
[illegible]odque si eo non sunt munitiones oportune [illegible]
[illegible] sitis cum dictis Rectoribus Brixie quodque pro,
[illegible]videatur ut reparationes ille fiant omnino quodque fulcia
tur munitionibus oportunis. Volumusque quod exe,
cutio et solicitudo huiusmodi laboreriorum et muni
tionum fiat per virum nobilem Marcum Dandulo
Capitaneum Brixie tum quia magis pertinet ad offi,
tium suum tum quia scimus quod promptissime
faciet nostra mandata.
In reditu vestro volumus quod diligenter videatis
rationes introituum et expensarum Civitatum no,
strarum Pergami, Brixie, Verone, Vincentie et Pa,
due ac vobiscum omnes illos introitus et expensas
nobis deferatis in scriptis.
Data executione his que vobis supra committimus
relinquimus in arbitrio vestro quando vobis videbi,
tur Venetias redeundi absque alio nostro ordine vel mandato.
Ducetis vobiscum illam familiam que vobis videbitur
possendo expendere pro his modicis diebus id quod
fuerit oportunum. Sumusque contenti quod pro
expensis vestris recipiatis de illis ducatis mi
le (trebus) quos vobis fecimus consignari quot vobis pro
dictis expensis fuerint oportuni.

De — parte 129.
De — non 19.
Non sinceri 4. (carte 163, a 164 t.º)

MCCCCXXX die XXIII februarii in Rogatis

Quod viris nobilibus ser Danieli Victuri potestati et Marco Landulo Capitaneis Brixie ser Dolfino Venerio et Francisco Barbadico civibus nostris scribatur ut infra.

Per literas Magnifici Capitanei Generalis ac vestrum Rectorum fuimus advisati de adventu egregii viri Stephani de Pendolasco de Valle Felina pro parte spectabilis viri domini Francisci de Capitaneis ac illorum communium et hominum partis guelfe dicte Vallis. Vidimus que Capitula per ipsum porrecta ac declarationes per vos habitas super omnibus bene consideratis cognoscentes quod dicta vallis multum importat ac valde facceret pro factis nostris sicut multotiens dictum est. Respondemus et mandamus vobis cum nostro consilio rogatorum et additionis quod dicatis magnifico Capitaneo suprascripto. Quod licet Magnificentie Sue visum fuerit quod prefatus Stephanus de Pendolasco venire debeat ad nostram presentiam pro causa suprascripta. Tamen nobis multo melius videtur quod non veniat, ut dari possit celerior expeditio huic facto. Credimusque quod nundum recesserit de Brixia quoniam sic scribitis dicto magnifico Capitaneo et vobis videbatur expectare redditum illius qui iverat ad dominum Stephanum de ponte ut si fieri posset res ista proficeretur cum voluntate utriusque partis. Nichilominus scripsimus Rectoribus Verone atque Vincentie quod si forte idem Stephanus de Pendolasco illuc attingeret huc venturus antequam iste litere nostre ad vos pervenerint dicant sibi parte nostra quod Brixiam revertatur ad prefatum magnificum Capi

tarceum et ad vos ~~quando~~ quoniam vobis scripsimus totam nostram intentionem.
Intentio autem et deliberatio nostra nostrique consilii. Quod vos simul cum prefato Magnifico Capitaneo intellectis et consideratis omnibus circumstantiis requisitis reddimur quemadmodum habueritis responsionem de intentionem domini Stefani de Corte, cetis modum et ordinem ad executionem huius negotii tam si ambe partes consentiant quam non, si ipsi Magnifico Capitaneo et vobis videbitur summere dictam impresiam sicut melius et tucius fieri poterit.
Et insuper contenti sumus et volumus quod circa facta illorum capitolorum, ipse magnificus Capitaneus et vos respondeatis deliberetis provideatis et disponatis sicut vobis omnibus aut maiori parti vestrum quinque videbitur. Nam quicquid per ipsum magnificum Capitaneum et per vos, seu per maiorem partem vestrum quinque deliberatum provisum atque promissum fuerit in ista materia tam in facto capitolorum quam in modo exequendi istud negotium et in omnibus aliis ad hanc materiam quomodolibet pertinentibus erit validum atque firmum. De modo autem mittendi gentes armigeras ac de peditibus nostris, equestribus et de partesanis. Relinquimus in arbitrium magnifici Capitanei qui scit et intelligit sanam naturam rei quam numerum et qualitatem gentium que fuerint opportune. Bene vobis reducimus ad memoriam quod in facto illorum capitulorum habeatur bona consideratio quod datia et introitus dicte vallis remaneant nostro dominio eo modo,

no esse consueverunt Lucis Nicolai. Et si oportuerit facere aliquam limitationem seu diminutionem fiat quanto minor possibile sit ut de ipsa valle dominatio nostra percipiat illam majorem utilitatem que possibilis sit, aut saltem per modum quod de ea non habeamus expensam. Insuper etiam, quod in concessionibus fiendis habeatur respectus ad non alienandum ex toto animo alterius partis adverse prefato domino Francisco de Capitaneis et ad non inducendum maiores discordias et divisiones in ipsa valle ~~dominatio nostra percipiat~~ Nam vellemus fieri omnia possibilia ut ipsa vallis cum unitatem animorum et bono consensu omnium ad nostram obedientiam deveniret et subsequenter sub ea unitate et bona tranquillitate conservari posset. Reddimurque certissimi quod per magnificum Capitaneum et rectores multo melius provideb{itur} ad hanc nostram intentionem quam nos ipsi commemorare possemus, ~~quando~~ quoniam eritis in facto ac intelligere et videre poteritis omnia que ad hanc materiam pertinebunt.

De — parte 121.
De — non 5. (carte 166).
Non sinceri 2.

MCCCCXXXI. die XVIIII. Martij in Rogatis.

Quod respondeatur Egregio Ambaxatori Illustris domini Marchionis Montisferrati ad ea que exposuit nostro dominio parte domini sui sicut per Serenissimum dominum Ducem huic consilio expositum fuit.

Et primo ad requisitionem peditum, Respondeatur quod sicut scit suus illustris dominus, ipse habet* equites milleducentos ad expensas lige et ulterius liga habet in istis partibus grandem copiam gentium equestrium et pedestrium et in dies conduxit pro quibus magnas expensas sustinet ultra alias expensas quas causa* presentis guerre diversis modis fieri oportet. Quibus tamen non obstantibus ut ipse dominus potentius facere possit contra communem hostem nostrum et quia idem dominus videat dispositionem optimam lige erga comodum status sui. Sumus contenti quod ipse conducere possit pedites sexcentos forenses ad expensas lige cum hoc quod si ipse dominus non ruperit hactenus contra ducem Mediolani subito rumpere debeat.

Et ex nunc captum sit, quod dicta responsio debeat dici. Ambaxatori* magnifice communitatis Florencie ut eam significet sue communitati et reddimur certi quod erit contenta de ipsa deliberatione nostra et de contribuendo ad medietatem expensarum dictorum peditum sexcentorum sicut iam nobis dixit. Et nichilominus dicatur ambaxatori* dicti illustris domini Marchionis quod scribat domino suo quod propterea non desistat a rumpendo contra ducem Mediolani.

Ad illam aliam partem per quam idem ambaxator petit ut zaranamus sibi illam portionem quam voluerit dominatio nostra de terris et locis ducis Mediolani que et quas idem dominus Marchio acquireret etc. Sibi respondeatur quod ut dominus suus videat dispositionem bonam quam semper habuimus et habemus in augmento et exaltatione sui status sumus contenti, quod omnia illa loca et terre quas acquireret libere remaneant et sint,

sub dominio et sub dominio Marchionis [illegible] illi [illegible] [illegible] commissiones nostras [illegible] promissa magnifico Comiti Carmignole Capitaneo nostro generali [illegible] si dictus ambaxator poterit declarari [illegible] loca promisserimus dicto Comiti Carmignole. Ex nunc captum sit quod [illegible] habeat libertatem declarandi eidem ambaxatori loca promissa dicto Comiti Carmignole.

De — parte 10 a.

[illegible] Capitulo [illegible] Vult [illegible] cum res ista que tractatur de factis illustris domini Marchionis Montisferrati est magne importantie et requirat maturam deliberationem [illegible] nunc differri debeat quia postea una alia vice venietur ad hoc consilium et procedetur sicut melius videbitur.

De — parte 39.

De — non 5. (carte 173 t.°).

Non sinceri 9.

34

MCCCCXXXI. die XVIII [illegible] in Rogatis.

Quod magnifico capitaneo generali scribatur in forma infrascripta.

Intelleximus per litteras Rectorum nostrorum Brixie [illegible] habitas casum occursum vestre magnificentie [illegible] Soncinum. Et [illegible] consideravimus et consideravimus quod isti sunt de casibus qui solent occurrere [illegible] et [illegible] est solitus dare [illegible], non fuimus [illegible] territi [illegible] sumus illius boni et viribus animi cuius primo eramus et melioris [illegible] melioris esse possumus et dispositi ad [illegible] omnia statum et honorem nostrum concernentia [illegible] hortamur [illegible] possumus [illegible] quod omni

viriditate et magnanimitate faciat et sit constantis sinceri animi ac provideat cum aliis gentibus nostris que sunt in Brixiense et in aliis terris nostris ad securitatem et conservationem terrarum et locorum ac subditorum nostrorum quoniam bene veniet et presto favente domino tempus quo in Castra exibitis ad quod exequendum et faciendum dirrexinus omnes spiritus et vires nostras ita quod poteritis facere et facietis vindictam de iniurijs vobis illatis.

De — parte 145.

De — non 3. (carte 173. t.º).

Non sinceri 1.

MCCCCXXXI. die XXXI. Martii in Rogatis.

~~Licet certi~~ Quod Magnif.º Capitaneo Gen.li scribatur ut infra

Licet certissimi simus quod vestra Magnificentia credat id ipsum quod nos credimus de factis ducis Mediolani cuius astucias et duplicitates ita bene cognoscere debetis sicut aliquis homo vivens. Tamen viva continentia illius cedule sive memorialis vobis pro parte ipsius portati per Antonium de Martinasco magis in opinione solita confirmamur. Nam sicut videtis nunquam persistit in uno proposito sed in omnibus eius negotijs ambigue et simulate procedit. Idcirco nobis videtur quod ad talia fides vel aures porrigende non sint quodque super ea materia nichil sit sibi per vestram Magnificentiam respondendum.

De — parte 137.

De — non 0. (carte 175).

Non sinceri — 1.

34

MCCCCXXXI die XIII Aprilis in Rogatis.

35 Nos Franciscus Foscari Dei gratia Dux Venetiarum etc.
Committimus tibi nobili viro Fantino Michael procuratori
sancti Marci dilecto et honorabili civi nostro, quod vadas
Brixiam ad magnificum Comitem Carmignolam no
strum capitaneum generalem quem sub nostris literis
credentialibus salutabis et hortaberis parte nostra cum
verbis que tue sapientie videbuntur.

Deinde dices quod volentes sicut consuevimus conferre
cum sua Magnificentia omnia cogitamina nostra
et aperire mentem nostram ut audita etiam opinione
sue Magnificentie fieri possit bona deliberatio cir
ca ea que fieri habeant in hac guerra pro honore
nostro et comodo status lige cum iam appropinquet
tempus exeundi ad campum misimus te ad pre
sentiam sue Magnificentie ad dicendum et declaran
dum terminos et conditiones in quibus sumus ac
provisiones per nos factas usque nunc, tam in gen
tibus armigeris quam fantariis et pro armata Pa
di et in reliquis que ad talia negotia requiruntur
ac in quibus terminis consistunt facta Florentinorum
ac numerum gentium quas habemus et habere dispo
nimus pro informatione sua. Et ad audiendum
opinionem et conceptus suos ut audito parere sue
Magnificentie que est illa que habebit gubernare et
exequi omnia negotia huius guerre et que est doctis
sima talium rerum fieri possint ille provisiones
que concernant honorem nostrum et sue Magnifi
centie ac utilitatem et comoda status nostri et que
producere possint victoriam ~~et que [illegible] possint~~,

~~victoriam~~ et triumphum cum laude et gloria nostri dominii et sue magnificentie quoniam sicut libere commisimus capitaneatum generalem ac gubernationem et regimen omnium gentium nostrarum ac totius pondus huius guerre sue Magnificentie. Ita insuper tota speramus quod pro eius virtute fide et magnanimitate exponet omnes vires ingenii personam et quicquid sciet et poterit ad exaltationem et gloriam status nostri.

Postea sibi declarabis omnes conductas gentium armigerarum quas habemus et habere speramus secundum listam quam tecum portas licet nil dubitemus quod sua Magnificentia si illustrata habeat plenissimam informationem ac numerum peditum et lanzegentes quas habet illustris dominus Marchio Montisferrati et qualiter est in ordine armata nostra Padi et de magnifico domino Faventie et de equis quingentis quos habet dominus Marchio Estensis ultra lanceas centum quas dedimus Borso filio suo que tamen lancee centum venire debent in campum ac de guastatoribus curribus marangonis et aliis omnibus provisionibus et apparatibus factis que omnia deo dante erunt in ordine ad tempus debitum. Et insuper de provisionibus bladorum et victualium factis tam pro exercitu quam pro armata etc.

Dices quoque terminos et conditiones in quibus se reperiunt florentini respectu Nicolai Piccinini et aliarum gentium ducis que quotidie molestant terras et loca sua in partibus Tuscie ac dubia que occurrunt de factis Senensium ne rumpant guerram con-

tia Florentinos propter que aliquanto dubitamus ne illi gentes nobis promisse per Florentinos fortasse, ita cito venire non poterunt. Speramus tamen quod facta illa Senensium bene componentur quia Summus Pontifex misit dominum Cardinalem Bononiensem Venetum nostrum pro tractanda bona concordia inter Florentinos et Senenses. Sed tamen si casus iste occurreret quod gentes ille non venirent quoniam sicut scit Nicolaus Piceninus cum multis ex gentibus Ducis est in partibus Tuscie, scit etiam quod Comes Ulbricus filii Angeli de la Pergola, Nicolaus Guererius et Arisminus de Triulcio, iverunt seu ituri sunt ad illas partes Tuscie cum multis gentibus. Scit quoque quod ultra Christoforum de Lavello qui est ad oppositum domini Marchionis Montisferati, iverunt etiam de novo ad illas partes Ardizonus de Cararia et Belmanotus cum eorum conductis. Ita quod partes iste Lombardie remanent satis debiles proinde etiam si dicte gentes Florentinorum non venirent exibit ad campum cum illis gentibus quas habemus et habebimus Deo dante ad id tempus. Nam certum est, quod Sua Magnificentia multo melius et tutius exire possit et stare in campum cum gentibus quas habebimus stantibus illis gentibus Ducis in Tuscia et non venientibus ad has partes quam si haberet multo majorem potentiam gentium. Et ille gentes Ducis essent unite in partibus Lombardie; considerata etiam armata Padi, quam misimus valde potentem ipsamque quotidie potentiorem faciemus. Et cum his et aliis responsionibus Judices eum, ut sit promptus exire ad cam-

[illegible]um quanto citius sit possibile.

In his colloquijs quando tibi videbitur tempus cum modo habili, procurabis scire ab eo de sua opinione exeundi ad campum ut intelligere possis si eius intentio est ire ad campum aut citra aut ultra Abduam et quando et qualiter, et quid sibi videtur quod facere debeat armata nostra Padi, ac ubi se reducere. Et facias sibi memoriam de navibus constructis pro faciendo pontem super flumine Abdue Et generaliter de omnibus que ad propositum et utilitatem rerum gerendarum dicenda erunt aut facienda accipias diligentissimam informationem de opinione sue Magnificentie et exinde nos advisa ut deliberare et providere possimus sicut nobis videbitur expedire.

Sicut scis habuimus pridem literas a Rectoribus nostris Brixie per quas scribunt prefatum magnificum Capitaneum fecisse gravem querelam de aliquibus verbis que dicit sensisse per quosdam cives nostros ex maioribus fuisse prolata in diminutionem honoris et fame sue propter que videtur esse valde turbatus etc. Volumus quod quando tibi tempus videbitur dicere debeas sue Magnificentie qualiter dicti nostri Rectores scripserunt ea que a sua Magnificentia habuerunt et quod sumpsimus maximam displicentiam et profecto majorem quam viserunt de talibus verbis quibus non est adhibenda fides nam sunt verba vulgaria que unusquisque fingit sicut sibi placet. Et quod illi qui reportant talia verba non sunt amici neque benivoli nostri dominij neque sue Magnificentie sed potius seminatores scandalorum. Et cum illis verbis rationibus et persua-

sionibus que tue prudentie videbuntur placare et reconciliare debeas mentem suam et inducere eum ad faciendum viriliter et solicite honorem nostrum et suum, et quod in futurum non det aures nec figat mentem suam ad similia verba que ei forte reportarentur sed consideret totum verba et facta que a dominatione nostra procedunt. 7 . . . .

Circa requisitionem suam et intentionem quam habere videtur ut ille lancee ⅓ on CXXV, quas auximus sibi quas prius habebat habeant eandem firmam et conditionem quam habent alie lancee quingente, dicere debeas quod quamquam id quod sibi scripsimus et dici fecimus nobis videretur rationabile et honestum, Tamen ut cognoscat nostram optimam dispositionem, Contenti sumus sue Magnificentie complacere. Ita ut tota hec sua conducta sint in unaeadem firma atque conditionem.

Postquam steteris in Brixia diebus XV. sit in vestra libertate redeundi Venetias absque alia licentia vel mandato.

Et ex nunc sit captum quod idem ser Fantinus non possit retineri ultra dictum terminum contra voluntatem suam sub pena ducatorum V^c pro quolibet ordinante vel ponente partem in contrarium quam exigant Advocatores Comunis habentes partem sicut de aliis sui officii de qua pena non possit fieri gratia, donum etc. sub penis et strictures contentis in parte nova contrabanniorum.

De parte — omnes

De non — 0

Non sinceri — 0.

(carte 158 e 158 t.°)

Omissis his que fecit Dux Mediolani in contemptum sedis apostolice ac Rev^mi domini Cardinalis Sancte Crucis per cuius manus celebrata fuerat prima pax in venetiis inter ligam et ipsum ducem ac pacem. Idem Dux observare et adimplere contempsit Ex qua violatione et inobservantia iterum ad novam guerram deventum fuit Tandem post multos tractatus atque difficultates. Iterum conclusa pace per manus ipsius Rev^mi domini Cardinalis Sancte Crucis in Civitate Ferrarie inter ligam et ducem Mediolani in qua intercetera continetur quos unicuique partium liceat nominare infra certum terminum colligatos Recomendatos et complices suos quos voluerint dummodo non sint ex subditis partis alterius. Quodque nominati ratificantes infra certum terminum includantur in pace et gaudeant beneficio pacis pro illa parte que nominaverit etc. Dum illustris dominus Marchio Montisferrati confederatus lige nominatus et inclusus esset in ea pace per ligam ipseque dictam nominationem et pacem solemniter ratificasset Dux ipse Mediolani non contentus conditionibus pacis neque promissionibus et obligationibus suis tanquam pacis emulus querens nova Jurgia suscitare voluit in dubium revocare, immo turbare ne dominus Marchio haberetur pro Colligato lige neque incluso in pace pro parte lige variisque modis incessit ipsum dominum Marchionem a confederatione et benivolentia lige subtrahere sed cum nec artes nec verba prodessent machinari cepit contra ipsum dominum marchionem et statum suum ut quia nec

-ure nec artibus facere poterat per fastidium et seditio-
nem assequeretur sed spes eum longe fefellit. Nam idem
dominus Marchio tanquam zelator [illegible] dominus in-
sua fide permanens honorem suum ceteris omnibus rebus
et periculis anteposuit in lige adherentia perseverans. Que-
sivit enim dux contra [illegible] domini marchio-
nis sibique necem struxerat, sed Deus iustus et rectus
rem ipsam in lucem eduxit ipsumque dominum marchio-
nem captis ministris tanti facinoris ab ipso periculo libe-
ravit. Insuper aliqua ex locis ipsius domini Marchionis [illegible]
stulit et quosdam ex suis complicibus et vassallis ab obe-
dientia sua subtraxit plurimasque sibi et suis iniurias
et molestias intulit quas neque precibus neque aliis per-
suasionibus unquam voluit reformare sed quotidie ad
nova et illicita procedebat. Dumque liga conquereretur
et gravaretur sicut merito debebat velletve tunc ad Sum-
mum pontificem iudicem graviss habere recursum ut per
hanc viam honestatis et iuris maiores ~~discordie~~ discordie ac
bellorum discrimina vitarentur. Dux ipse pacem ap-
petere simulans requisivit ut oratores mitterentur ad
eum sicut ex literis per eum scriptis magnifico Comiti
Carminiole clare constat et in specie requisivit ut mit-
teretur vir nobilis Andreas Contareno civis noster offerens
talia proponere et facere de quibus liga contentissima
remaneret. Missus itaque fuit per nos idem Andreas
Contareno ac simul spectabilis Laurentius de Medicis pro
Magnificam Communitatem Florentie. Cum autem ipsos
ambos diu tenuisset in verbis inanibus. Tandem
ea que proposuit et fecit ad reformanda male gesta pre-
terita et vitanda futura fuerunt quod sub his praticis et

presentia ipsorum oratorum lige violenter et de facto sur-
ripuit burgum Vallis Tarri et subsequenter plurima
alia loca de manibus Nobilium de Flisco recommendato-
rum et adherentium lige. Interim solitis fictis fraudi-
bus et simulationibus existentibus adhuc oratoribus lige
apud eum illis inscijs ad nos misit Christophorum ...
rum magistrum intratarum suarum oratorem suum
qui sub literis credentialibus que apud nos sunt que etiam
de eius intentione quam tunc habere simulabat aliqui
specifice tangunt hunc effectum exposuit. Quod ut
daretur requies partibus itque non esset opus vel Ro-
me vel alibi litigare contentus erat quod omnes diffe-
rentie hincinde vigentes tam de factis domini Marchio-
nis Montisferrati quam pro factis Nobilium de Flisco de
Campo Fregoso et aliis rebus Januensium. De factis differen-
tiarum confinium locorum Cremonensium Pergamensium
et alibi et de ceteris omnibus libere committerentur ad de-
terminationem et difinitionem magnifici Comitis Carmi-
gnole cuius deliberationi dixit velle libere obbedire etiam
si diceret et ordinaret quod daret in manibus nostris
Castrum suum porte Jovis de Mediolano in quo est
residentia sua. Quibus propositionibus liga consen-
sit, acceptans ... dicti Comitis Carmignole Et
cum hac intentione Christoforus recessit de Venetiis et
redijt ad dominum suum Ducem Mediolani promittens
quod dux ipse fieri faceret et mitteret liberum com-
promissum in personam dicti Comitis Carmignole.
Post plurimos dies dux ipse misit dicto Comiti
unum compromissum, non quidem generalem nec libe-
rum secundum oblationem et promissionem quam

31.

dux ipse fecerat sed longe difformem Nam in eo sunt ... excetioni limitationes et varietates a verbis dicti ducis seu oratoris sui penitus aliene. Nam in illo excipit facta nobilium de Flisco ac cetera omnia pertinentia ad facta Janue, Januensium et territorij Januensis. In qua exceptione etiam intelligebantur differentie quorundam locorum domini Marchionis Montisferrati que diu tenuerat et possederat licet esse dicantur de pertinentiis Janue que loca Dux Mediolani indebite occupaverat. Item in dicto compromisso requirit ut Comes Carmignola sit omnino liber a nostro dominio et a Magnifica Communitate Florentie et aliqua alia dicit in ~~tempo~~ ipso instrumento compromissi a prima propositione penitus discordantia. Et dum oratores lige apud eum existentes in Mediolano declararent sibi nomine lige has varietates. Ipse respondit quod fecit proponi modum illius compromissi in M. Comitem Carmignolam credens quod acceptare non deberemus sicut ex scriptura sua oratoribus lige exibita clare constat ad finem incutiendi suspicionem et odium inter nos et Comitem Carmignolam si forte deguerevissemus sicut continue et variis modis ante quesivit et continue querit. Sub his tractatibus et fictionibus continuis temporibus procedebat ad offensas et injuriam lige membrorumque suorum. Ita ut sicut expressum est ac videtur sub hac ostentatione pacis surripuerit omnia loca nobilium de Flisco de Campo Fregoso et aliorum Recommendatorum Magnifice Communitatis Florentie et per conse-

suens lige tam in Riperia Januensi et aliis locis
Januensium quam in Lunisana et alibi dirigitur
gentes suas in Tusciam contra formam pacis ac
contra gentes loca et subditos magnifice Communitatis
Florentie et actualiter processit et procedit multis
modis contra formam pacis contra honorem suum
et contra omne debitum honestatis. A quibus in-
iuriis et molestijs neque persuasionibus neque precibus
nec aliis modis umquam retrahi potuit sed conti-
nue mala malis accumulavit et accumulare non desi-
nit nec expedit recitare ea que fecit et facit in Tuscia
et alibi contra ligam et suos quoniam ante oculos
omnium sita sunt. Misit alias Florentiam et eam-
de Venetias suos oratores videlicet Conradum de Carreto
et dominum Andream Bartholomeum Imperialem per
quos plurima fecit ostendi ostendens velle pacem.
Et ex partitis per eos propositis unum acceptatum fuit
per ligam ut veniretur ad firmam pacis. Sed per ipsos
oratores singulo die variata fuerunt verba sua nec
umquam videri potuit qualis esset vera intentio do-
mini sui. Nam in prima eorum expositione
proposuerunt quod eorum dominus contentus erat
restituere omnia loca quomodocumque et ~~alta~~ ubi
que ablata a tempore pacis citra dummodo provide-
retur securitati pacis. Per ligam acceptatus fuit mo-
dus iste restitutionis fuitque responsum quod de
securitate pacis provideri deberet per ipsas partes
de communi concordia infra spacium unius mensis
ne res ipsa prolongaretur quodque si infra mensem
partes non concordarent staretur libero arbitrio et

...minimum ... omni exceptione remota. Dux habita informatione de intentione lige se pautatim retraxit ab illa sua prima oblatione et inouxit multas difficultates atque varietates dicens quod de rebus Januensibus non poterat promittere nec se obligare vigore promissionum factarum communitati Janue et sic modo uno modo modo alio semper diminuit et variavit primas eius oblationes. Et ex parte lige semper responsum fuit in eodem proposito ut restitueret loca ablata et quod de omnibus differentiis staretur Judicio eorum qui perfomam pacis deputati sunt et circa securitatem pacis staretur determinationi Summi Pontificis. Quodque tollerentur ... nunc inde ad quod numquam voluit assentire ... nec etiam respondere. Et in aliis rebus etiam numquam fuit modus quod clare possit intelligi intentio ducis. Et finaliter cum non haberentur aliqua verba ab ipsis oratoribus et eorum domino ad principes lige continue procedente dicti oratores absque conclusione aliqua recesserunt. Multiplicantibus itaque ... malis ex parte ... qui sub nostra pacientia ... illicita animum ... ferventius excitabat. Nos pro honore et debito nostro licet plus quam congrue et patientiam habuimus solum ad finem pacis pro cuius desiderio ultra omne tempus ... dissimulavimus venire ad aliam guerre. Demum irritati ab ipso ... ad guerram ... deducti sumus quam pro Justicia lige prosequi intendimus sperantes in divino presidio quod in tam iusta causa ligam ipsam faciet prosperari. Multa dici possent de rebus et practicis

...eteritis sed cum vos plenam informationem de omni
bus habeatis non expedit ut plura dicamus. Tam
si erit expediens de tempore in tempus secundum rerum
exigentiam vos de omnibus declarabimus.

Non dicimus auctiens et in quot diversis locis fuerunt
oratores nostri pro tollendis differentiis locorum Lemo
nensium et Rigamensium et alia de quibus prefa
tus dominus Cardinalis esse debet cognitor et Judex
ut pax ipsa diu et inviolabiliter servaretur.

Omittimus etiam dicere missionem viri nobilis Ma
cei Lipomanno oratoris nostri ad Romanam Curiam
qui per tres menses et ultra ibi stetit expectans
quod Oratores Ducis Mediolani qui proxime illuc atti
gerant haberent mandatum autenticum et scripturas
opportunas. Et cum diu expectasset et frustra staret
non habentibus oratoribus Ducis mandatum sufficiens
neque scripturas videntibusque nobis quod intentio ducis
non erat quod res ille in Curia tractarentur quoniam
eo tempore oratores lige erant in Mediolano cum qui
bus dux ipse dicebat velle componere differentias
illas. Et eo ipso tempore misit ut preferturi Cristofo
rum Gilinum ad nos offerens libere compromittere in
[illegible] amicabilem de omnibus differen
tiis dicensque quod non erat litigandum ad partes remo
tas sicut supra tangitur. Ex quibus et multis aliis
videbamus quod se retrahere volebat ab illo Judicio Ro
me. Tandem pro honore nostro revocavimus dictum orato
rem nostrum. Et post eius recessum quesivit cum so
litis simulationibus suis ut iterum mitteretur.

Nunc ultimo postquam Reverendissimus dominus Car

dinalis sancte Crucis hic fuit obtulimus nos paratos ad pacem. Ipse quidem ivit ad Ducem Mediolani a quo tandem habuit aliquas conclusiones in scriptis pro quadam inteligentia seu confederatione fienda que esset non solum difficilis sed impossibilis. Item in facto restitutionis rerum ablatarum proposuit velle deponere ita quod retrocedit. Nam ubi alias dixit velle restituere nunc dicit velle deponere, et tamen taliter loquitur quod intelligi non potest. Interim summus Pontifex Martinus papa quintus obiit. Prefatus autem dominus Cardinalis Sancte Crucis habito novo mandato a presenti summo Pontifice ut prosequatur ad tractatum pacis nos super hac materia requisivit cui respondimus ut ei commissione nostra caveatur.

De multis particularitatibus modis et actibus hinc inde servatis in ista materia vos omnes et quilibet vestrum habere debetis plenariam informationem. Ideo non expedit omnia recensere sed pro sapientia vestra et pro veritate rerum poteritis honorem et honestatem lige ubicumque et qualitercumque fuerit expediens sustinere et apertissime declarare, quod omnia inconvenientia scandala et errores processerunt ex parte Ducis qui tamquam pacis emulus ex naturali ambitione et seditione novitatibus et discordiis semper inhiat.

(181 t. 182 e 182 t.)

---

3. non ha data, ma segue la data 13 aprile 1431.

MCCCCXXXI. die XXVI Maii in Rogatis

Domino Magnifico Capitaneo Generali et cetera in forma in casu.

Gratissimum nobis fuit audire ex literis vestris, vestram Magnificentiam omnino deliberasse in nomine Salvatoris ac gloriosi Evangeliste Sancti Marci protectoris nostri die mercurii trigesimo presentis mensis cum nostro felici ac victrici exercitu exire ad campum. Quam vestram deliberationem plurimum laudamus sperantes in divina gratia cuius presidio mediante virtute prudentia magnanimitate et provisionibus vestre Magnificentie nostre res semper cum gloria et victoria nostra et rei publice nostre et cum laude et honore vestro feliciter dirigentur atque succedent. Sed quoniam dicitis decisse consilium transire Padum nobis [illegible] rationem quam allegatis que verissima est scilicet super hoc et aliis rebus futuris capienda non sit firma conclusio quoniam secundum rerum eventus providere oportet et mutare propositum quodque si nobis videtur plus unum quam aliud [illegible] intimare id faciamus etc. Dicimus quod de ista Magnificentia [illegible] nobis ipsis amplissime confidentes que erit in facto ac de die in diem et de hora in horam videre et intelligere poterit secundum rerum et temporum existentiam quid erit agendum. In deliberatione et voluntate vestre Magnificentie committimus eundi, procedendi et disponendi sicut vobis videbitur utilius et honorabilius esse pro statu nostro ac pro salute exercitus et gentium vestre Magnificentie commissarum et ad maius damnum celeriusque exicium hostis nostri et status sui. Sed si quid nobis videbitur scribendum vel ordinandum de tempore in tempus id faciemus sicut nobis videbitur expedire. Et sicut vestra

... ... commemorat licet iam scripserimus tamen de novo providebimus ac omnem possibilem operam et diligentiam adhibebimus ut de gentibus suis in tuscia existentibus ac de earum motibus et progressibus illa vera informatio habeatur que possibilis erit ut per ... sequens vestra Magnificentia ... ad occurrentia possit salubrius providere. Sed quoniam sicut ... in ... non semper haberi potest, ita ce... et completa informatio sicut requiretur. Certissimi sumus ac ... ut etiam vestram Magnificentiam sicut huiusmodi facta requirunt talia ... habere ... omni modo possibili quod in omnibus casibus possit ... providere.

De —— parte 144.
De —— non 2. (carte 193)
Non sinceri 1.

MCCCCXXXI. die XXVI. Maii in Rogatis.

Conzosia chel Magnifico nostro capitaneo abia deliberado chon el nome de dio exir a campo a i trenta de questo mexe, unde el sia de necessita accelerar landada del nobel homo ser Polo Corer electo provededor al nostro felice exercito el qual ser Polo dixe esser aparechiado de andar questa note etiam a pe sel bexognasse, ma perche per la reverentia del nobel hom. ser Fantin Michiel procurator el qual iera electo chom. provededor el non puo far chon manco chomo aver chom esso si oltra i nuove chavali i qual siron, do la forma de la parte el poderà menar un spenditor un chuogo un seschalcho et un mareschalcho per ben

de i chavali: chon do famei da stalla che atenda ai
diti sie chavali. El supplica ala nostra signoria
chel possa menar i diti chavali sie oltra el nume
ro di nove contegnudi in la parte ut superius di
ctum est. Et el sia cosa conveniente el dito ser Polo
exaudir. L'andara parte chel sia fato como el doman
da zoe che oltra el numero de chavali VIIII. che per la
parte l'altro di preza el podeva menar el possa menar
i diti chavalli sie possando spender per i diti chavali
sie ducati mezo al di, como di altri el puo spender.
De — parte 77. (carte 193 r.).

MCCCCXXXI. die XXVI. aprilis [illegible].

36 Cum in ~~illa~~ alia guerra preterita contra Ducem
Mediolani data fuerit libertas Magnifico Capitaneo no
stro generali quod pro habendo de terris et locis ducis Me
diolani sub nostro dominio ac pro confusione et excidio
Ducis Mediolani et Status sui, posset tractare, praticare
et concludere ac facere illas promissiones que Sue Magni
ficentie viderentur. Et quod quicquid promitteret pro cau
sis suprascriptis esset validum et nos faceremus
ad integrum [illegible]. Et sit non solum utile imo
necessarium etiam in presenti tempore renovare, ut in
casibus qui poterunt occurrere absque perditione tempo
ris dari possit conclusio partibus que habebuntur. Vadit
pars quod illa libertas que sicut prefertur alias data
fuit dicto Magnifico Capitaneo, nunc etiam sibi detur
per literas nostras pro habendo de terris et locis Ducis
Mediolani et pro ruina et confusione Status sui
Et promissiones quas faciet pro his capitibus valide

sint et firme et effectualiter observentur.

De parte 112.

De non 35. (carte 194)

Non sinceri 2.

MCCCCXXXI. die XXIX. maii in Rogatis.

Nos Franciscus Foscari Dei gratia Dux Venetiarum etc.
Committimus tibi nobili viro Paulo Corrario dilecto et honorabili Civi nostro quod vadas noster Solenis provisor ad nostrum felicem Exercitum ubi stabis et attendes ad executionem mandatorum nostrorum donec venerit alius provisor vel successor tuus.

Quando eris ad presentiam magnifici Capitanei nostri Generalis eum salutabis et hortaberis parte nostra sub nostris literis credentialibus dicendo quod te mittimus ut stes in exercitu nostro apud suam Magnificentiam ad exercendum te in omnibus occurrentibus tibi possibilibus offerendo te paratum et promptum ad omnia beneplacita sue magnificentie.

Demum ibi eris volumus quod confortes exortens et inducas eum verbis et modis congruis secundum naturam et importantiam rerum et temporum prefatum Mag.cum Capitaneum Generalem tam in exercitu quam ubicumque fuerit ad providendum ordinandum et exequendum omnia que concernant honorem exaltationem et commoda status nostri et lige ad damnum et excidium dominii Mediolani et status sui omnibus viis et modis possibilibus sicut de tempore in tempus videris expedire. Tam eris presens ad facta, ac videbis et intelliges naturam et importantiam rerum et casuum

occurrentium et per consequens melius consulere poteris
atque commemorare prefato Mag.co Capitaneo provisiones
que utiliores videbuntur in facto nostro apponendo in his
omnibus omnem diligentiam possibilem omnesque suos
spiritus et ingenia sicut de sapientia et virtute sua con
fidimus. Remanendo tamen semper in deliberatione
et arbitrio dicti Magnifici Capitanei generalis solitis
deliberandi et exequendi in omnibus occurrentibus
sicut sapientie sue videbitur.

Dices preterea sue Magnificentie quod pridem nobis scri
psit qualiter deliberaverat omnino exire in campum
cum gentibus nostris die trigesimo mensis huius
quodque proponebat ire ad transeundum Abduam
etc. Ad quod nos Magnificentie sue respondimus quod
hec eius opinio nobis valde placebat propter causam
quam allegabat ac in deliberatione et arbitrio Magnif.e
sue relinquimus de qua tamquam de nobis ipsis am
ple confidimus quod provideret atque procederet in hoc
~~arbitrio~~ facto et in reliquis omnibus sicut magn
ificentie sue videretur utilius et comodius pro statu no
stro et pro salute exercitus nostri et gentium sue
Magnificentie commissarum et ad maius damnum et
celerius excidium hostis nostri et status sui etc.
sicut in illis nostris literis continetur. Et sic nunc
etiam dicimus suadendo sue magnificentie quod velit
dare executionem illi sue opinioni et intentioni que
nobis valde placet per illas vias et modos ac per illa
loca que magis comoda et habilia erunt ad exequen
dum dictam intentionem Nam sua Magnif.a que in
telligit situs et conditiones locorum ac de die in diem

5...

[illegible] [illegible] procedent ac sentiet motus ini
micorum [illegible] et [illegible] sicut melius
sapientie sue [illegible].

Quare debes ad expensas nostri Comunis unum
notarium cum uno famulo, octo famulos etc etc.

omnissis.

De — parte 123.
De — non 18. (carte 195.)
Consinceri 0.

MCCCCXXXI. die XIII. Junij

[illegible] Capitaneo Generali.

Audientes per literas Magnificentie Vestre ea que pro
parte ducis Mediolani vobis retulit ille Daniel de
Imola familiaris eius qui de suo mandato se [illegible]
[illegible] ut vobis illa referret etc. Sumus eiusdem [illegible]
nionis cuius est vestra Magnificentia videlicet quod de
his verbis modica imo nulla existimatio sit fienda
nec fides aliqua adhibenda. Nam ex rebus preteritis
intelliguntur et iudicantur presentes [illegible] future.
Credimus quoque quod venerit ad videndum et explorandum
facta nostra et ut sub his verbis ea que fieri habent
[illegible] in longum. Sed certissimi sumus quemad
modum vos scribitis quod propter hoc non [illegible]
tis qui contra ipsum ducem animose et viriliter
procedatis sed tanto ferventius quanto eius artes
naturam et mores melius intelligatis. Nobisque pro
inde videtur quod dicto duci nihil sit penitus re
spondendum neque quod Daniel ipse licentietur sed
mittatur aut reponatur in aliquo loco, ita quod saltem

usque ad sex menses non possit redire Mediolanum ut in factis nostris et exercitus nostri aliquid infer-re non possit.

Ad informationem quam petitis de factis serenissimi Romanorum Regis, quem omnes predicant venturum esse Mediolanum etc. Respondemus quod per ea que novissime sensimus adhuc est in Norimbergo ubi simul cum Reverendissimo Cardinali Sancti Angeli ac principibus Alemanie attendit ad facta illorum Boemorum hereticorum qui Hussones appellantur. Et licet dicatur quod compositis illis rebus sit venturus in Lombardiam omnes intelligunt qualiter aut quando illa negotia sint habitura conclusionem. [Et ut videatis quod ex multis partibus de factis suis querimus informari mittimus his inclusam copiam quarumdam litterarum que de Segna et de partibus Hungarie scripte sunt, ubi est origo et fundamentum status sui ex quibus litteris videbitis quot et quantis negotiis implicetur. Et quicquid imposterum sentiemus vobis notum illico faciemus. Et quoniam publicum est quosdam oratores ipsius regis cum quibusdam equis et curriribus seu quadrigis venisse Mediolanum ibique alogiamenta parari sub voce quod rex ipse venturus sit satis clare comperari potest quod huiusmodi ostentationes fiunt ut subditi Ducis hac spe pascantur et implicantur et ad statum suum ferventiores efficiantur utque ab eis pecunie possint facilius extorqueri.

Ubi omnes stamus vigilesque attenti ad sentiendum omni modo possibili de eius progressibus et intentionibus. ?

(se — niente omnes) (carta 200)

[...]3[...]

(... [...]ua [...] misse [...] virum nobilem ser Paulum [...]orario [...] Exercitum et recepta die XX Junij 1431.
In qua continetur [...] Magnifici Capitanei generalis [...] ea ea [...] conductores non amittendi stipendium [...]ro sociis equis et famulis sibi desicientibus et non faciendi monstram cuius quidem cedule tenor talis est videlicet.

[...] Capitanei Generalis.

[...] quod quilibet equestris conductor cui socius aliquis aufugeret seu in exercitu moriretur aut alio quovis modo alienaret se se ~~numerum~~ infra quintum aut sextum diem ad denuntiare teneretur Bel[...] collateralli generali et si illud ommitteret significare [aut se alienasset ~~[...]~~ ut supra fuerit quam diu staretur in castris.

[Quod non lucrarentur stipendium pro illis loco pro sub illo [...] armigero aut mortuo aut qui aufugisset aut]

Item quod nulle monstre equestribus gentibus in campum fierent.

Item quod si cuique armigero equus quisquam moriretur aut surriperetur ab inimicis, is armiger [...] sti[...]endium non ammitteret dum in campum [...] et si porte ad [...]ras ~~[...]~~ ineetur per octo dies etiam non amitteret.

Item pro equis qui in campum obirent amitterentur seu furtim arriperentur Illustris Dominatio nostra [...] subventionem [...] facere [...] qui o[...] possint [...] non debellum patiantur.

carte 202. t°.)

MCCCCXXXI. die XXVIII. Junii.

[...] magnificus Capitaneus noster generalis se nobilis vir ser Paulus Corario pro[...] in nostro Exercitu miserunt

ad presentiam nostram venientem virum Jacobum
Michaelis notarium nostrum et dixit fecerint in effectu
quod post casum occursum nostre armate Padi habuerunt
invicem multa colloquia et disputationes quid sit agendum
cum exercitu nostro postquam ablata est spes tran-
seundi Abduam. Et quod prefato ser Paulo Cornario
videbatur quod ponendus esset campus contra Soncinum
aut contra ~~alia~~ aliquam aliam terram fortem
videt manifestum periculum et dubitat rumpi, quo-
niam gentes inimice semper sequuntur nostrum exer-
citum et stant super advisationem et debentibus nos-
tris gentibus de necessitate ire ad scortas pro strami-
nibus et victualibus et remanente exercitu debili
dubitat quod gentes inimice quando eis videbitur tem-
pus improvise invadat exercitum nostrum et ponant
in periculum statum nostrum sed quod intentio sua
esset ire campizando terras et loca ducis de loco
ad locum donec durabunt blada et herbe seu stra-
mina. Quodque super omnia sibi videtur quod at-
tendendum sit ad conservandum exercitum et gentes
nostras. Quoniam si tantum infortunium accideret
quod noster exercitus rumperetur clare cognoscit
quod gentes hostiles venirent usque Paduam. Et stan-
tibus ipsis Capitaneo et ser Paulo Cornario in his
varietatibus dicente ipso Magnifico Capitaneo quod nichil
omnino faciet et exequetur sicut ordinabit et man-
dabit idem ser Paulus Cornario. Et nolente ipso ser
Paulo summere istud onus neque volente etiam di-
cto Magnifico Capitaneo per se solum deliberare miserunt
dictum Jacobum ad nostram presentiam, ut dominatio

nostra deliberet et mandet sicut sibi videtur et placet.
Super etiam [illegible] Mag.cus Capitaneus per
literas suas scribit nostro dominio se excusando quod
de casu occurso armate nostre Padi, non est in ali-
-qua culpa vel defectu ac misit copias literarum
suas de tempore in tempus scripsit Capitaneo
armate Padi ac responsionum sibi factarum et
in conclusione suadet quod de inimicis fiat major
existimatio ~~quam~~ actenus factum sit quoniam
extimando potentiam inimici ac opportune providen-
do tunc sperandum est de victoria, ubi aliter detri-
mentum et verecundia sequi posset etc.
Vadit pars. Quod respondeatur prefato D. Capitaneo
Generali in hac forma videlicet.
Pridem audito adverso casu qui acciderat armate
nostre Padi, illico scripsimus viro nobili Paulo
Corrario provisori nostro sicut eum vobis nostri
parte dixisse non dubitamus. Quod nobis ani-
mus non deficiebat quodque dispositi eramus et
sumus facere omnes opportunas provisiones ad con-
servationem honoris et status nostri et ad oppres-
sionem hostis nostri et quod Vestra Magnificentia
esset boni cordis et alto et virili animo procederet
contra statum ipsius hostis nostri tam in Cremo-
nensi quam in glara Abdue et alibi ubicumque
Vestre Magnificentie videretur posse magis opprimere
statum terras et loca sua ac facere honorem nostrum
et detrimentum. Nunc autem audientes ea que
nobis scribitis ac copias literarum per vos scri-
-ptarum [illegible] in facto armate Padi ex quibus concluditur

[illegible]

[illegible] [illegible] atque aliqua cum [illegible] defectum. Vestre Ma-
gnificentie scripsisse audivitque his que nobis exposuit pru-
dens vir [illegible] Michaelis notarius noster parte Dominationis
Vestre ac [illegible] super collationibus et [illegible] in
vicem habitis pro deliberando quid agendum sit cum nostro [illegible]
[illegible] exercitu, maxime cum propter casum armate
[illegible] occasio [illegible] transeundi Abduam pro presenti.
In quibus rebus petitis scire nostram deliberationem ut
melius sciatis quid facere habeatis etc. Vestre Magnifi-
centie respondemus, primo eam certificantes quod sicut [illegible]
[illegible] nobis non deficit animus nec voluntas [illegible]
[illegible], nec propter ipsum casum desperati sumus.
Immo ferventius solito ad omnia opportuna providere di-
sponimus ad conservationem honoris et status nostri et
ad [illegible] et exitium omnium [illegible] nostrorum.
[illegible] quantum attinet ad factum casus armate non erat
[illegible] quod Vestra Magnificentia de re illa aliquas nos
summeret excusationem quoniam bene sciebamus et
scimus nullum defectum, nec culpam ex parte vestre Ma-
gnificentie processisse nec sibi aliquid imputamus. Sed
nobis notissimum est qualiter res illa processit et ex
cuius aut quorum culpa casus ille inopinatus evenit.
[illegible] illam vestram opinionem quam scribitis
quod videlicet existimanda sit potentia inimici, ut op-
[illegible] providendo de victoria sperare possit ac pericula
et detrimenta [illegible] ad declarationem [illegible]
[illegible] sciatis [illegible] cum nostro exercitu [illegible]
[illegible], sicut multotiens diximus atque scripsimus
ita nunc dicimus. Quod libere commisimus in mani-
bus vestris [illegible] generalem ac gubernationem

[illegible] in nostrum [illegible] et unam [illegible] quam [illegible] vestra comm[illegible]

[illegible], que est in facto ac scit et intelligit facta armorum ac naturam scitum qualitates et conditiones [illegible] illarum et totius Lombardie, et de [illegible] in dies [illegible] dispositionem rerum et temporum et quis erit [illegible]. Ideo de vestra magnificentia confidentes tamquam de anima nostra ac certissimos nos reddentes quod sicut hactenus fecistis. Imo multo ferventius si plus esse potest in omnia concernentia honorem et statum nostrum, exponetis omnes vires industria et ingenia vestra non aliter quam si ad personam vestram et animam propriam attineret. In deliberatione et libera dispositione vestra relinquimus eundi, campizandi, equitandi, providendi et ac faciendi sicut ubi et quando Magnific.^e Ves.^e videbitur pro maiori honore et commodo status nostri in providendo consequenda contra hostes nostros, ac terras et loca sua illis modis qui vestre sapientie videbuntur.

[illegible] parte suprascripta 138.

[illegible] ser Laurentius Honoradi 4. [illegible] data non fuit [illegible]

Non — — — 12.

[illegible] sinceri — — — — 5. (carte 203 t.° 204.

[illegible]

[illegible] Capitaneo Generali.

[illegible] litteris vestris [illegible] causas [illegible] quas non [illegible] exercitum nostrum contra [illegible]. Respondemus quod non erat expediens ut Vestra Magnificentia [illegible] summeret excusationem quoniam sicut alias [illegible] quam [illegible]

tum generalem et administrationem totius nostri exercitus
atque administrationem omnium rerum que fieri ha
bent. Ita certissimi sumus quod vestra Magnificentia de
qua non aliam fidem et reputationem facimus quam de
nobis ipsis habuerit habeat et habebit considerationem
ac omnes eius ingenia, spiritus et vires dirrigit et
dirriget ad ea omnia que magis concernant honorem
et commodum status nostri ac salutem exercitus nostri
Nec dubitamus quod omnes vestri cogitatus omnesque
vestre operationes ad hunc finem tendunt. Nec videtur
nobis expediens commemorare vel ordinare quod ge
natis campum magis ad unum locum quam ad alium
aut quod ponere desistatis quoniam sicut prediciter
de sapientia, fide, et industria vestra amplissime con
fidentes hec omnia in arbitrio et libera dispositione
vestra relinquimus sperantes quod de honore et statu
nostro non inferiorem curam et providentiam habeatis
quam de propria persona et anima vestra. Ad com
memorationem autem quam fecitis de provisione pecu
niarum atque bladorum dicimus quod iam ante mi
simus pecunias pro exercitu nostro quas ante receptio
ne presentium illuc conductas esse non dubitamus. Ita
et gentibus nostris fieri poterunt opportune solutiones
et sic providebimus in futurum. De bladis etiam feci
mus et cotidie facimus multas provisiones ex
quibus non dubitamus quod de ipsis bladis in copia
habere notitiis. Audivimus pridem vestram Magnificentiam
ordinasse quod ille gentes armigere de Bononia ad
exercitum se conferrent que provisio nobis valde placuit
Ut exercitus ipse potentior sit et tutior. Laudamus

c. 7...

neque ordinem statum ut cernede locorum nostrorum Brixiensium et Bergamensium paratæ forent sed nobis laudabile utile et tutum videretur quod sicut Dux Mediolani auget et fortificat eius exercitum de huiusmodi gentibus cernedarum. Ita etiam iste cernede nostre cum nostro exercitu unirentur. Nihilominus quia vestra Magnif.^a est in facto ac videt et intelligit si cernede iste sunt necessarie vel utiles in exercitu relevarre poterit sicut sibi melius videbitur pro securitate et commodo status nostri.

Verum Vestre Magnificantie reducimus ad memoriam quod pro honore fama et reputatione nostri dominij ac Vestre Magnificantie principaliter attendendum est ac omnia possibilia faciendum ut exercitus noster quanto diutius sit possibile stet in campo ad damna hostium nostrorum et locorum suorum, habendo tamen semper respectum ad securitatem et salutem exercitus nostri. Nam si ante tempus idem exercitus noster ad allogiamenta se reduceret ultra dedecus et infamiam que nobis et vestre Magnif.^e sequeretur, aliud etiam inconveniens eveniret videlicet quod id quod esset reservatum pro victu gentium nostrarum tempore hiemali ante tempus consumeretur et hostes sumerent animum invadendi et molestandi territoria nostra.

De parte — 75.

De non — 3.

Non sinceri 2.

De parte ser Francisci de Garzonibus et ser Francisci Lauredano quo vota non fuit contra fuerunt 58. (carte 214. fine del Registro XI.)

MCCCCXXXI. die primo Augusti in Rogatis

Nos [illegible] Paulo Correr [illegible] nostro [illegible] exercitu scribatur ut infra:

Recepissimus diei trigesimo Julii Mco. [illegible] ad responsionem literarum suarum misimusque vobis copiam ex qua videre potuistis quam libere et realiter scripsimus et declaravimus quod in eius libero arbitrio relinquimus dispositionem rerum que fieri habent. unde speramus quod ipse videns amplissimam confidentiam quam de eo habemus diriget omnia cogitamina sua ad honorem et statum nostrum cum salute tamen exercitus nostri sicut in ipsis literis continetur. Sumusque certissimi quod et vos cum modis et temporibus debitis adhibueritis et continue adhibeatis omnem possibilem operam et diligentiam ad persuadendum sue Magnificentie omnia que vobis utilia videbuntur ad statum nostrum. Nunc autem consideravimus illa quatuor partita que scripsistis secundum vestram opinionem in literis vestris datis vigesimoseptimo Julii hora XXII^a. Unde vobis respondemus cum nostro consilio Rogatorum et additione quod circa primum largo modo concurrimus in opinione Magnifici Capitanei Generalis et vestra. Ad reliqua autem partita principaliter circa illud transeundi Abduam dicimus quod pro presenti nobis non videretur quod esset transeundum Abduam. Sed bene placeret nobis et optaremus quod haberetur aliquis pons aut fortilicium super flumine Abdue aut aliquis modus quo transitus Abdue esset in libertate nostra, quia tunc melius deliberari posset quid esset agendum. Et ideo volumus et mandamus vobis quod

cum modis et temporibus congruis et cum persuasionibus convenientibus, procuretis et detis operam apud Magnificum Capitaneum Generalem, ut si aliquis modus possibilis est habeatur transitus Abdue in libertate nostra. Nam iudicio nostro fieri non posset aliqua res utilior factis nostris et circa hanc nostram intentionem adhibeatis omnem operam et possibilem diligentiam. Et quoniam in recessu viri nobilis Andree Iuliano qui ~~fuit~~ ivit provisor noster Pergami, habuimus secum et cum domino Beltramino de la Zuncha fidele nostro de valle Sancti Martini non nulla colloquia et ragionamenta in ista materia. Si videbitur vobis poteritis habere cum potestate et capitaneo Pergami et cum ipso provisore intelligentiam opportunam ut rebus melius intellectis per consequens possit melius provideri.

Circa factum Soncini dicimus quod istud partitum habendi transitum super Abdua, nobis magis placeret. Sed si videretis quod non posset habere locum, eo casu nobis placeret quod suaderetis Magnifico Capitaneo Generali cum tempore congruo et modis honestis ut attenderetur ad factum Soncini, quod sicut credimus fieri posset absque periculo Exercitus nostri. Relinquentes tamen in libertate dicti Magnifici Capitanei eundi et providendi sicut sibi melius et tucius videbitur pro statu et exercitu nostro.

De —— parte 77.
De —— non 52.
Non sinceri 26.

(Reg: XII. carte 1.)

MCCCCXXXI. die IX Augusti

...[illegible] nobili ser Paulo Corrario provisori in nostro felici exercitu scribatur ut infra.

...[illegible] literas vestras datas Pergami sexto presenti manu vestra scriptas comprehendimus vos per Dei gratiam ad bonam valitudinem restitutum quod nobis summe placet tum respectu agendorum nostrorum quibus vestram presentiam utilem esse cognoscimus tum respectu persone vestre cuius salutem optamus. Pro responsione autem ipsarum litterarum ... maxime illius partis ubi dicitis. Quod si haberetur passus super flumine Abdue, omnino foret expediens immediate transire propter causas, quas allegatis etc. Cum nostro consilio rogatorum et additione vobis iterum declaramus, quod super omnia nobis gratissimum esset habere passum super Abdua in libertate nostra et ad hoc vos denuo solicitamus et quantum possumus oneramus ut si quo modo possibile sit alicubi habeatur ... si ... placuerit non obstante quod pridem vobis scripsissimus quod nobis non videbatur presentialiter transeundum. Contenti tamen sumus et volumus quod habito passu sit in libertate ... capitanei generalis transire quando prudentie sue videbitur posse transire. Et si deliberabit transire bonum est ut commemoretis sue magnificentie quod fortificet exercitum nostrum gentibus ... et omni modo possibili ut fieri possit honor noster in omnem eventum.

Circa factum ... audimus id quod dicitis nobis autem pro presenti aliud dicendum non videtur ultra id quod pridie vobis scripsimus. ... sicut prediximus ... cetera omnia nobis placeret habere transitum su...

Abdua.

[illegible] dicamus [illegible] Capitaneum Generalem et [illegible] noticiam habueritis tamen advisamus quod a mag.co Alexandro [illegible] informati sumus quod Ludovicus [illegible] cum equis quadragentis quinquaginta et peditibus ducentis transivit et vadit in Tusciam, quod sicut opinamur processit propter conflictum quem gentes ducis pridem in Tuscia receperunt. Nam si non misisset nova presidia facta sua in Tuscia periculo subiacebant. Verum si casus occurrebat quod non possetis personaliter ad exercitum vos conferre, volumus quod mitatis dicto Mag.co Capitaneo literas nostras his anexas quas sibi scribimus continentes suprascriptum effectum sicut videbitis per copiam his inclusam sed si ibitis eo casu retineatis apud vos ipsas literas nostras.

Et ex nunc sit captum quod scribatur prefato Mag.co Capitaneo suprascriptus effectus in illa forma verborum que [illegible] pertinebit et litere mittantur ad manus ser Pauli Corrario cum ordine suprascripto.

De —— marte 91.

[illegible] sumus — Pars ut supra Sapientum Consilii sed quod etiam
[illegible] DD — in omnem eventum vel eunte vel non eunte ser Paulo [illegible] ad exercitum scribatur Mag.co Capitaneo Generali ut infra [illegible] memorie ea que multotiens nobis dixistis [illegible] quod videlicet principalior provisio fiendam [illegible] et excidium hostis nostri et status sui esset habere transitum super Abduam ubi consistit fundamentum status sui quam opinionem vestram semper laudavimus tamquam verissimam et ad illam semper direximus mentem nostram si posset habere.

ferum. Et quamquam non sit expediens istud Magnificentie vestre rememorare quoniam scimus vos in omnia statui nostro comoda continue speculare, tamen nobis [illegible] ut velitis modum et operam si vobis videtur ut habeatur passus super flumine Abdue in libertate nostra et vestra. Nam istud super cetera omnia nobis gratissimum esset. Et si deo placuerit quod huiusmodi passum liberum habere et tenere possitis in libertate Magnificentie Vestre celerrimus transire sicut et quando Magnificentie vestre videbitur melius et tutius pro statu nostro. Et si transfere deliberaveritis nobis utile videretur ut fortificaretis exercitum vestrum peditibus cernedarum et omni alio modo possibili, ut fieri possit honor noster et vester in omnem eventum. Preterea licet non dubitemus vestram Magnificentiam de hoc noticiam habuisse, tamen significamus vobis quod per ea que percepimus a Magnifico Rolando Palavicino, Ludovicus Columna cum equis IIII^{c} L peditibus ducentis transivit Padum et ivit in Placentiam quod processit sicut opinamur propter conflictum quem gentes ducis pridem in Tuscia receperunt.

Et ex nunc captum sit, quod mandetur ser Paulo Corrario quod vadat ad exercitum si potest ad dicendum et suadendum Magnifico Capitaneo generali omnia supradicta.

De parte — 9
De non 6. (carte 4 e 5)
Non sinceri — 9

MCCCCXXI die VI° augusti. Data fuit copia
[illegible] ... [illegible]
Conclusa pace inter Januam et ducem Mediolani in libertate Terrane [illegible]

in qua inter cetera continetur. Quod unicuique partium liceat infra certum terminum nominare colligatos recommendatos et complices quos voluerit dummodo non sint ex subditis partis alterius, quique nominati ratificantes infra certum terminum, Includantur in hac et gaudeant beneficio pacis pro illa parte que nominaverit etc. Dum illustris dominus Marchio Montisferrati nominatus et inclusus esset in ea pace per ligam ipsamque dictam nominationem suo debito tempore solenniter ratificasset. Dux ipse Mediolani non contentus conditionibus pacis nec rerum nova Iurgia suscitare voluit in dubium revocare pro turbare ne dominus Marchio haberetur pro colligato lige variis quoque modis quesivit ipsum dominum Marchionem a confederatione et benivolentia lige subtrahere. Sed idem dominus Marchio tamquam rectus et constans dominus in sua fide permanens, honorem suum ceteris rebus omnibus interposuit in lige adherentia perseverans. Dux vero Mediolani in ulteriora procedens contra personam et statum ipsius domini Marchionis multis modis tractatum habuit ac aliqua ex locis suis abstulit et quosdam x complicibus et vassalis suis ad obedientia sua subtraxit, innumerasque sibi et suis iniurias et molestias intulit. Pro quibus et non nullis aliis transgressionibus que per ducem et suos contra formam pacis quotidie committebantur missi fuerunt ad eum oratores lige dominus Matheus de Castellanis et Georgius Cornario sed eorum profectio nichil profuit. Nam diu tenti fuerunt in verbis tandemque absque conclusione abierunt. Nam dux ipse res illas neque ceteras novam illatis permutationes unquam voluit reformare, sed quotidie ad nova et ~~illicita~~

illicita procedebat, venerunt de inde Venetias Oratores Ducis dominus Antonius de gentilibus et Petrus de nebia qui sub umbrosam simulatis graticis et verbis manibus certo tempore steterunt Venetiis, postmodum ivere Florentiam ibique itidem fecerunt hoc tempore quo isti Oratores ducis Florentie erant orta guerra inter illam magnificam communitatem Florentie et dominum Lucanum, dux ipse habita noticia de hac guerra simulans amiciciam cum illa magnifica Comunitate per ipsos Oratores dici fecit, ac per tres eius literas scripsit dicte communitati in efficacissima forma prohibuisse per omnia loca territorij et dominij sui, ne quis ad subsidia domini Lucani aut contra Florentinos ire presumeret sub penis gravissimis realibus et personalibus, ac insuper offerens eius favores et presidia dicte comunitati contra dominum Lucanum. Qualiter autem hoc servaverit quidve fecerit in factis Luce et alijs rebus Tuscie, non solum contra ea que literis suis scripserat ac dici fecerat sed contra formam pacis que specialiter et expresse declarat quod de factis Tuscie et plurimis aliis locis et partibus in pace declaratis Dux ipse nullo modo, colore, forma vel ingenio possit nec debeat impedire etc., omnibus ita notum et publicum est ut alia non indigeat declaratione, Nam et Civitatem Luce in se assumpsit et terras ac loca dicte communitatis Florentie armata manu invasit, eiusque statum turbare et evertere nixus est et quotidie nititur ut cernitur. Sed redeundo ad priora dum dicti Oratores ducis nec Venetiis nec Florentie quicquam conclusissent, res ille que tunc agitabantur ad Summum Pontificem seu ad Reverendum dominum Cardinalem Sancte Crucis

[illegible] Rome existentem tamquam [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Annus nostri [illegible]
[illegible] ille tum tractande ad nos [illegible] attinere [illegible]
[illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] fuit
in verbis plus mensibus circa quatuor quoniam Oratores
[illegible] numquam produxerunt nec habuerunt manda-
tum autenticum neque ad scripturas ac materiam
pertinentes. Dum hec Rome agitarentur, dux ipse pa-
cem appetere simulans requisivit ut oratores mittien-
tur ad eum sicut ex literis per eum scriptis Magnif.
Comitis Carmignole clare constat, et in specie petiit
ut mitteretur vir nobilis Andreas Contareno civis noster
offerens talia proponere et facere de quibus liga conten-
tissima remaneret, [illegible] non esset expediens in re-
motis partibus litigare. Missus itaque fuit per nos
idem Andreas Contareno ac simul spectabilis Laurentius
de Medicis per Magnificam Communitatem Florentie. Cum autem
ipsos ambos diu tenuisset in verbis inanibus, Tandem
[illegible] [illegible] proposuit ad reformanda mala gesta preterita
et vitanda futura [illegible]. Quod sub his tractatibus vio-
lenter et de facto surripuit [illegible] [illegible] et sub-
sequenter plurima alia loca de manibus nobilium de
Flisco aliorumque Recommendatorum et adherentium lige
Interim existentibus ad hunc Oratoribus lige apud eum
ad nos misit Christophorum Gilinum Oratorem suum
qui sub eius literis credentialibus que apud nos sunt
huius effectum exposuit quod ut daretur requies
partibus atque non esset opus vel Rome vel alibi li-
tigare erat contentus quod omnes differentie hincinde
vigentes tam de factis domini Marchionis Montisferrati

quam pro factis nobilium de Flisco de Camporegoso
et aliis rebus Jannensibus ac pro ceteris omnibus con-
troversiis tam confinium quam aliarum rerum li-
bere committerentur in Magnificum Comitem Carmigno-
lam cuius deliberationis et determinationi dicit vel-
le libere obedire etiam si diceret et ordinaret quod daret
in manibus nostris castrum suum Porte Jovis de Me-
diolano in quo est residentia sua quibus proposi-
tionibus liga consensit et hanc oblationem Ducis
libere acceptavit. Et cum hac intentione Christophorus
ipse recessit de Venetiis et redit ad dominium suum
Ducem Mediolani promittens quod dux ipse fieri fa-
ceret et mitteret liberum compromissum in perso-
nam ipsius Comitis Carmignole. Post plurimos dies
dux ipse misit unum compromissum in dictum Co-
mitem Carmignolam non quidem generale nec liberum
secundum oblationem et promissionem quam fecerat
sed longe difforme. Nam in eo sunt plurime exceptiones
et varietates a verbis ipsius Ducis seu Oratoris sui penitus
aliene in illo enim excepit facta nobilium de Flisco
ac cetera omnia pertinentia ad facta Janue Jannen-
sium et territorii Jannensis. Suntque plurima alia a
prima propositione penitus discordantia. Et dum
Oratores lige apud eum existentes in Mediolano decla-
rarent sibi has varietates et discordantias ipse respondit
quod proponi fecerat modum illius compromissi in
magnificum Comitem Carmignolam credens quod accepta-
re non deberemus sicut ex scriptura sua dictis ora-
toribus exibita clare constat ad finem inducendi suspi-
cionem et odium inter nos et Comitem Carmignolam

... denegavissemus sicut variis modis ante quaesiverat. Sub his tractatibus continue tamen proveniebat ac iniurias et offensas lige membrorum nominis suorum, ita ut sicut visum est, surripuerit omnia loca nobilium de Flisco de Campofregoso aliorumque Recommendatorum et complicium lige, tam in Riperie Ianuense et aliis locis Ianuensis quam in Lunisana et alibi. Et quid fecerit in Tuscia contra statum magnifice Comunitatis Florentie, preter formam pacis et honestatis omnibus notissimum est A quibus iniuriis et molestijs nullis unquam persuasionibus neque precibus retrahi potuit. sed continue mala malis accumulavit. Misit exinde Pontificis oratores spectabiles Conradum de Cereto et dominum Andream Bartolomeum Imperialem per quos in substantia fecit exponi quod contentus erat restituere omnia loca quomodocumque et ubique ablata a tempore pacis citra etiam si talia forent que absque contrafactione ac debite fieri potuissent, quodque providetur securitati pacis per ligam autem acceptatus fuit modus iste restitutionis et ad securitatem pacis responsum fuit, quod inter partes ipsas de comuni concordio provideretur securitati pacis infra spacium unius mensis, ne res ipsa prolongaretur quodque si infra mensem partes ipse non concordarent staretur libero arbitrio et determinationi summi Pontificis omni exceptione remota. Arex habita informatione de intentione lige se paulatim ab illa sua prima oblatione retraxit ac multas difficultates et varietates induxit dicens quod de rebus Ianuensium non

mittere non volerat nec se obligare, ac nunc uno nunc alio modo semper variavit atque diminuit primas eius oblationes. Ex parte autem lige semper responsum fuit in eodem proposito ut restituerentur ablata et innovata in statum pristinum reducerentur quodque circa securitatem pacis staretur determinationi Summi Pontificis si partes non possent invicem concordare fuit etiam per ligam requisitum ut levarentur offense ad quod dux ipse numquam voluit assentire, ymo nec etiam responsum, ideoque cum non haberentur nisi verba, ipsoque duce ad iniurias et offensiones lige continue procedente, dicti eius oratores absque conclusione aliqua recesserunt. Multiplicantibus itaque his malis ex parte ducis qui sub nostra patientia animum ad illicita cupiditate ferventius excitabat. Nostro demo ac honore nostro tot et tantas iniurias amplius pati non valentes, demum lacessiti ab ipso duce ad guerram secum deducti sumus, non recitamus quotiens et in quot diversis locis fuerint oratores nostri, pro tollendis quibusdam differentiis confinium et pro aliis controversiis de quibus Rev.mus dominus Cardinalis esse debet iudex et conservator ut pax ipsa diu et inviolabiliter servaretur. Sicut de his et aliis ad hanc materiam pertinentibus vobis spectabili oratori copiosius et particularius oretenus enarravimus ac per plurimas scripturas ostendimus.

Die XIV. Augusti in Rogatis

Quod Magnifico Capitaneo generali scribatur ut infra videlicet: Habuimus duas literas vestras datas octavo et decimo presentis mensis quas bene intelleximus sed circa illam partem ubi dicitis quod differri non poterit in campo ultra presentem mensem Augusti etc. Profecto sumpsimus cor-

[illegible] maximam dissentientiam. sicut et vos ipse considerare potestis. Nam si ad eo tempus ad stantias veniretur omnes infinita damna et inconvenientia sequi; quoniam ultra dedecus et infamiam que nostro dominio ac vestre Magnificentie sequeretur. Certissimum est, quod si Dux Mediolani habebit gentes suas liberas absque suspicione Exercitus nostri status illustris domini Marchionis Montisferrati subiacet manifesto periculo, videmus facta Janue et Riperie tendere in ruinam de quibus bene speramus si exercitus noster diu stare poterit in campo tam propter classem nostram maritimam que iam aplicuit ad portum Pisanum sive Ligurnum et subito erit in Riperia Januense simul cum aliis galeis et fustis Magnifice Communitatis Florentie et cum fantariis et aliis provisionibus iam ordinatis per ipsam Magnificam Communitatem et per nobiles et alios exiticios Januenses fautores lige quam etiam respectu Spectabilis Bernabe Adurni qui iam se movit cum Amicis et partialibus suis et cum non nullis gentibus armigeris et fantariis forensibus et paisanis habitis a domino Marchione Montisferrati et ivit versus partes Pulcifere et aliarum vallium Januensium ut et per mare et per terram simul ambe Riperie Janue leventur contra statum Ducis utque illa civitas Janue ad ipsius Ducis dominio subtrahatur et ad libertatem pristinam reducatur. Videmus etiam quod in Tuscia Dux Mediolani melius et liberius facere poterit quicquid volet etiam Magnificus Rolandus Marchio Palavicinus in statu et locis suis magnum recipiet periculum et generaliter omnia facta lige ubique maximum suscipiet detrimen-

cum tormentis etiam gentibus nostris in allogiamenta certissimum est quod erit consumptio eorum et subditorum nostrorum in eorum bonis omnibus. Resultarent insuper plurima alia inconvenientia quae non expedit recitare, quoniam Vestra Magnificentia unquam prudentissima ac in rebus omnibus expertissima omnia intellexit et cognovit. Idcirco si diligitis honorem nostrum et eum cupitis facere res nobis gratas et Statui nostro comodas divertatis animum nostrum a tali proposito veniendi ad alogiamenta. Nam intentio nostra non est aliquo modo quod exercitus noster tali tempore ad Stantias revertatur ad vitanda mala et inconvenientia suprascripta.

Pretera memorie retinentes quotiens dixistis et suasistis ut omnia possibilia fiant pro habendo transitum super flumine Abdue ac considerantes ea que hactenus facta sunt cum tanto exercitu summe desideramus quod aliquid notabile fiat, sed presertim ut haberi possit aliquis passus super Abdua in libertate nostra antequam ad Stantias redeatur, tam pro honore nostro et vestro quam pro utilitate et comodo Status nostri et rerum gerendarum maiori aviditate nec videtur nobis differendum esse ad tempus yhemale sed procurandum et instandum totis viribus et ingeniis quanto celerius sit possibile ut iste transitus possit haberi. Ad quod Vestram Magnificentiam quanto plus possumus stringimus inducimus et hortamur tam vos melius quam quisquam alius intelligitis et cognoscitis quantum fructum afferret factis nostris et quantum preiudicium Statui Ducis Mediolani si super-

Abdua insuper annum haberemus. Insuper etiam ut vobis dicamus omnia cogitamina nostra considerantes quanti preiudicii et interesse foret nobis ac terris et locis nostris Brixiensibus Pergamensibus et Cremonensibus si terra Soncini relinqueretur in manibus Ducis Mediolani. Intentio nostra esset, quod si hec prima voluntas nostra habendi transitum super Abdua que super cetera omnia nobis gratissima foret, non posset habere executione, eo casu antequam sit tempus redeundi ad alogiamenta Vestra Magnificentia omnino poneret campum contra Soncinum, ac taliter provideret quod locus ille ad nostram obedientiam deveniret.

Circa factum pecuniarum atque bladorum auditis his que scribitis faciemus illas provisiones que nobis congrue videbuntur.

Et ex nunc sit captum quod scribatur nobili viro ser Paulo Corrario sibique mittatur copia litere suprascripte et mandetur quod vadat ad exercitum si potest ac persuadeat et solicitet effectum suprascripte nostre intentionis.

De — parte 86.
De — non 30. (carte 5, 5 t.º e 6.)
Non sinceri 8.

MCCCCXXXI. die XVII. Augusti in Rogatis.

Quod viro nobili ser Danieli Vituri potestati Brixie scribatur in forma infrascripta.

Heri vobis scripsimus ut vos in ordine poneretis ita ut quandocumque mandaremus possetis ad exercitum.

... , hinc autem cum nostro consilio rogato
rum et additionis vobis scribimus et mandamus
quod quanto citius sit possibile vadatis ad exercitum
nostrum ad presentiam Magnifici Capitanii Generalis
cum nostris literis credentialibus his annexis. Et ut
intelligatis nostram intentionem Sentientes multis mo
dis quod intentio dicti Magnifici Capitanii est reducere
gentes nostras ad alogiamenta per totum presentem men
sem Augusti videntes quasi hanc eius opinionem
per unam eius literam quam pridie nobis scripsit,
deliberavimus sibi scribere et scripsimus cum dicto
consilio sicut videbitis per copiam inclusam, scripsi
mus etiam nobili viro Paulo Corrario quemadmodum
etiam per inclusam copiam poteritis intueri Et licet
ad ipsas literas nundum habuerimus responsionem
tamen quia quotidie audimus ipsum in illa eius
opinione perseverare et scientes quod prefatus Pau
lus Corrario antequam reciperet illas nostras literas
habuerat cum nostra licentia redire venetias Confiden
tes de prudentia vestra volumus et mandamus vobis ut
predictum sicut ad ipsum Capitaneum personaliter
accedatis. Et primo quando eritis in campo sum
matis informationem a nobile viro ... Leono
si erit in exercitu et a plurioribus nostris exercitus
et a prudente viro Jacobo Michaelis notario nostro
si per illa que scripsimus idem magnificum Capita
neum deliberavit stare in campo et non redire ad alo
giamenta absque speciali nostro mandatum secundum
nostram intentionem vel si perseverat in prima
eius opinione Et si senseritis eum persistere in

dicta sua opinione recedendi ad alozamenta per totum
hunc mensem, aut ante vel circa Eo casu factis saluta-
tionibus et hortaminibus congruis dicatis sue Magnif.e
id quod dicere debebat idem Paulus Corrario et cum
omnibus verbis et rationibus argumentis et allegationibus
que vestre sapientie videbuntur faciatis instantiam et om-
nem diligentiam et operam possibilem apponatis ad remo-
vendum eum a tali proposito et quod non veniat ad allogia-
menta sed remaneat in campo donec habebit a nobis aliud
in mandatis. Et si poteritis eum inducere nobis valde pla-
cebit et ad hoc vos iterum quantum possumus exhortamur.
Quo casu dicatis Sue Magnificentie que dominatio nostra bene
sperabat habere ab eo talem responsionem, et quod de hoc per
maximam complacentiam assumemus ad vitandum illa
inconvenientia et pericula que in illis nostris literis conti-
nentur.

Si vero non possetis eum inducere factis omnibus experientiis
congruis, tunc volumus quod dicatis sibi, quod velletis servi-
re nostro dominio, sed quod dominatio nostra mandat sibi
quod interim non vadat ad alogiamenta et stet ubicumque
vult dummodo stet ad campum non astringendum eum
quod stet magis in uno loco quam in alio donec nos
habita informatione de hac sua intentione delibera-
bimus et respondebimus sicut nobis videbitur. Et vos
diligenter investigare et intelligere procuretis ab eo
omnes rationes et causas propter quas dicet non
posse diutius stare in campo, ac etiam causas
propter quas sibi non videbitur transire Abduam
nec ponere campum contra Cremonam aut contra alias
terras Ducis si forte teneret illam opinionem quam

hactenus tenuit in illa materia et de omnibus distin
cte et clare, quanto plus possibile fuerit nos per vestras
literas reddatis et nostrum ibi expectate mandatum co
gnoscentes quod dicto modo [illegible]
[illegible] conductorum nostrorum ab uno [illegible]
[illegible] circa predicta et de illis nos etiam advisetis.
Verum si ad applicationem vestram ad exercitum sen
seritis quod idem Capitaneum per illa que sibi scri
psimus deliberasset facere nostram voluntatem et
non venire ad allogiamenta absque nostro mandato
Eo casu dicetis Sue Magnif.ᵉ quod dominatio nostra
[illegible] habebat et habet ista negotia valde cordi sicut
merito habere debet miserat vos ad eius suam presen
tiam pro hac ipsa causa sed quia sensistis quod Sua
Magnificentia [ad] perseverandum in illa opinione et ad
standum diu in campo si cupit facere rem gratam
nostro dominio. Et in hoc casu ad vestrum Regimen
Brixie redeatis et nos de omnibus solicite informe
tis. Declarantes vobis, quod vadatis, stetis et redeatis,
ad expensas nostri comunis cum illa familia quam
ducetis sicut est conveniens et honestum in quocum
que ex casibus suprascriptis.

[Margin note:] quod S.ᵃ M.ᵃ [illegible] vult facere [illegible] nostram, non est expe diens ut aliquid dicatis in illa materia nisi quod suadetis S.ᵃ M.ᵃ ad

A prudenti viro Jacobo Michaelis notario nostro in
exercitu existenti fuimus informati quod prefatus
magnificus Capitaneus deliberavit scribere illustri
domino marchioni Montisferrati quandam literam, cuius
copiam Jacobus nobis misit, Sciatis itaque ab ipso
Jacobo si ipsa litera ad prefatum dominum Marchionem
missa est, Et si missa non erit dicatis parte nostra
dicto Magnifico Capitaneo quod informati de ipsa litera,

et eius continentia, deliberavimus propter multos respectus quod multo melius sit non scribere nec mittere talem literam dicto domino Marchioni et quod illam non mittat.

Licet non dubitemus quod litera quam pridem scripsimus prefato Magnificum Capitaneum cuius copia presentibus est inclusa ad eius manus salva pervenerit, tamen ipsam replicatam vobis mittimus his annexam et si fortassis illam non habuisset eam sue Magnificentie presentetis, et nichilominus exponatis et faciatis sicut superius dictum est, sed si illam habuerit non erit opus ipsam ulterius presentare, sed exponatis et solicitetis sicut superius dictum est.

De parte — 27.

[illegible] Vult quod probentur in isto Consilio .. Sapientes Consilii et Terrarum de novo acquisitarum et illi duo qui habent plures ballotas aliis, transcendendo medietatem consilii: Ire debeant ad nostrum exercitum ad magnificum Capitaneum generalem cum commissione annotata fieri per .. Sapientes viro nobili ser Danieli Victuri potestati nostro Brixie, et non possint refutare sub pena ducatorum mille pro quolibet eorum. Et si refutarent, pro eundo extra teneantur transire Alpes vel Quarnarium et stare menses quatuor Et recedere teneantur per totam diem dominicam XVIIII presentis. Et non possint retineri in exercitu ultra quam per dies XV. sub pena ducatorum V pro quolibet ponente vel consentiente partem in contrarium. Et provideatur eis de equis nostri dominii et de aliis si non forent sufficientes prout videbitur dominio.

Et ex nunc sit captum quod detur noticia Magco Capito. nostro quod missuri sumus duos nostros nobiles ad eius Magnificentiam qui recessuri sunt hinc die XIX presentis et quod ei mandetur quod non debeat ullo modo venire ad allogiamenta, nisi prius audiverit ea que predicti nostri nobiles ei dicent nostri parte.

De — parte	90.	Remanserunt	
De — non	2.	Ser Fantinus Michael	Sap. Consilij
Non sinceri	1.	" Andreas Mocenigo	Sap. terrarum

(carte 7 a 71º)

1431. XVII. Augusti

Quoniam in parte nunc capta de mittendo duos nobiles ad Magnificum Capitaneum generalem non est specificatus terminus ad quem debeant respondere. Vadit pars quod ipsi duo nobiles teneantur respondere cras ad tercias cum reliquis conditionibus in parte contentis.

De — parte	alii	
De — non	1.	(carte 7 5º)
Non sinceri	0.	

Die XVII. Augusti in Rogatis.

Quia magnificus Capitaneus noster generalis ut habetur scripsit illustri domino Marchioni Montisferati quod se reducere vult ad allogiamenta et posset esse quod misisset litteras per viam Lombardie. Et bonum sit quam ulterius est possibile scribere dicto domino Marchioni et cum hortari, et habeatur nuntius qui ibit per viam brevem videlicet per Lombardiam. Vadit pars quod cras expediatur dictus Nuntius aut unus alius per viam Lombardie seu per illam viam que melior vi-

... gio et scribi debeat aut oretenus dici fa... cum ... Manitione circa hanc noticiam et ei declaretur nostra in illa forma et pro ut videbitur collegio. Et hoc idem scribi debeat aut dici facere nostro Oratori qui est in Monferato.

De parte 97.
De non 11. (carte 7 t.°)
Nonsinceri 1.

Die XVIII. Augusti in Rogatis.

... scribatur Capitaneo generali in hac forma videlicet litteris deliberavimus ad presentiam vestram ... nostros honorabiles nobiles qui hinc recedent die XIX. presentis et per eos dici faciemus Magnif.ᵗⁱᵉ Vestre nonnulla circa intentionem nostram, et pro ea volumus et mandamus ut omnino stare debeatis cum gentibus nostris in Castris et nullo modo venire ad allozamenta

De parte 92.
De non 2. (carte 7. t.°)
Nonsinceri 0

---

die XVIII. Augusti in Rogatis

Cum vir nobilis ser Antonius ... ... electus erat ad eundum ad Magnificum Capitaneum nostrum generalem refutaverit defectu persone. Et vir nobilis ser Andreas Mocenigo similiter electus ad dictum magnificum Capitaneum acceptaverit et paratus sit cras recedere et ei in exequendum sibi commissa Et sit providendum quod non omittatur tempus sed quod dictus ser Andreas prestissime vadat ut non omittatur tempus sed quod dictus ser Andreas prestissime vadat ut est intentio ter.

ie quod habiliter fieri non posset si deberet fieri electio de
uno alio loco ipsius ser Fantini quoniam ille qui elige
tur velet rationabiliter tempus ad ponendum se in ordine.
Vadit pars quod mandetur ser Andree Mocenigo suprascripto
ut ire debeat Paduam et deinde in simul cum viro nobili
Georgio Cornario potestate nostro Padue vadat ad magnificum
nostrum Capitaneum Generalem ad exequendum pro ut captum
fuit heri in isto consilio. Et ex nunc captum sit quod fa
cta per eos ser Andream et ser Georgium expositione et habita
responsione tam si obtinebunt quam non Remaneant per
dies XV in exercitu, iuxta formam sue electionis. Et vadat
idem ser Georgius ad expensas nostri communis et extimen
tur equi sui, et si quo casu devastarentur debeat sibi solvi.

De — parte — 73.
De — non — 25. (carte 71.° e 8).
Non sinceri — 0.

Die XX augusti in rogatis.

Nos Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Com
mittimus vobis nobilibus viris Georgio Cornario potestati
nostro Padue et Andree Mocenigo dilectis et honorabilibus
civibus nostris quod vadatis ad nostrum exercitum ad pre
sentiam magnifici Comitis Carmignole nostri Capitanei
Generalis ad exequendum infrascripta nostra mandata.
Sed ut melius intelligatis nostram intentionem advisa
mus vos quod sentientes pridem multis modis quod inten
tio ipsius Capitanei erat reducere gentes nostras ad allo
gia
menta per totum presentem mensem Augusti vacantesque
hanc eius intentionem etiam per literas suas scripsimus
sibi pridem videlicet die XIV presentis sicut per copiam

[illegible] vobis [illegible] [illegible] vivere post illis. Ne insuper scri-
psimus nobili viro ser Paulo Corario, eo ipso die, prout
etiam per aliam copiam poteritis intueri. Et quoniam ad
ipsas literas nundum responsionem accepimus nec sci-
mus quid deliberaverit idem Capitaneus Generalis in illa
materia. Volumus quod quando applicueritis in exercitu pri-
mo conferratis cum nobile viro Andrea Juliano provisore
nostro Pergami qui de nostro mandato ivit ad exercitum
qui in absentia dicti ser Pauli Corario exequi debebat
ea que dicto ser Paulo scripsimus et ab eo sumatis infor-
mationem si per illas literas nostras et per alias quas
postmodum etiam die XVIII. scripsimus idem Capitaneus
generalis deliberavit stare ad campum cum gentibus nostris
et non redire ad allogiamenta secundum nostram intentionem
absque nostro mandato vel si perseverat in prima eius opi-
nione eundi ad allogiamenta. Et si senseritis quod idem
Capitaneus deliberaverit facere voluntatem et mandata no-
stra et non ire ad allogiamenta absque nostro mandato
Comparatis tunc ad presentiam sue magnificentie et pre-
sentatis nostris literis credentialibus vobis datis factis [illegible]
salutationibus et [illegible] congruis exponetis quod
dominatio nostra [illegible] senserat eius Magnificentia velle re-
ducere nostrum exercitum ad allogiamenta et que habebat
et habet hoc factum summe cordi propter causas et ratio-
nes Magnif. sue scriptas et propter multas alias sicut me-
rito [illegible] debet [illegible] [illegible] principaliter pro sua causa
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] senseritis [illegible] Magnificentia
sua deliberaverit facere voluntatem nostram non est expe-
diens ut aliquid dicatis in ea materia nisi quod quanto
vobis est possibile laudetis sue Magnif. [illegible] perseverantiam

in illa opinione, et ad standum diu in campo si cupit face-
re rem gratam nostro dominio et sic eum confirmare om-
nibus modis possibilibus procuretis subiungendo quod post-
quam ibi estis deliberatis stare per aliquot dies apud suam
Magnificentiam ac offeratis exercere vos in omnibus vobis possi-
bilibus ad omnia beneplacita sue Magnificentie pro honore nostri
dominii et comodo rerum que fieri habebunt donec ibi sta-
bitis et sic stare debeatis et non recedere absque nostro man-
dato Advisando subito nos ac de tempore in tempus de
omnibus que habebitis quanto copiosius et clarius possibi-
le vobis erit.

Et si, ut ... mandato ... nostrorum iam forte iverit
aut ire vellet ad campum contra Soncinum et diceret quod
videret periculum stando ibi ad campum, ne noster exercitus
rumperetur sicut sepe numero dixit in hoc casu si vobis
videbitur quod dubia que diceret essent vera volumus
quod suadeatis quod non ponat exercitum et facta nostra
in periculo sed quod teneat gentes nostras unitas ubicum-
que Magnificentie sue placebit dummodo non vadat ad allo-
giamenta cum saluto in exercitus nostri. Nam non
vellemus aliquo modo quod gentes nostre perirent
Si vero a prefato Andrea Juliano aut aliter sentietis quod
dictus Capitaneus Generalis non obstantibus predictis nostris
literis sibi scriptis omnino reservaret in eius opinio-
ne eundi ad allogiamenta per totum hunc mensem Augusti
aut ante vel circa. Eo casu cum illis rationibus et alle-
gationibus que in literis nostris scriptis Sue Magnificentie
ac ser Paulo Corrario die XIV presentis continen-
tur et cum omnibus aliis verbis persuasionibus
et argumentis que vestre sapientie videbuntur in-

Instare debeatis omnem operam et efficaciam apponatis ad removendum eum a tali suo proposito. Ita ut remaneat in campo, donec aliud a nobis habuerit in mandatis Et ultra illas rationes et allegationes que in prefatis nostris literis continentur. Sclummodo(?) suo adoatis qualiter nunc alegeas literas. Hagenfe(?) ... recepimus que substantialiter continent quod defectu straminum non potest diutius tenere gentes nostras in campo Iamque fecit divisiones allogiamentorum quas nobis misit. Et quod quemadmodum ipso scribit quod commemorat nobis ea que sibi videntur esse utilia et comoda factis nostris. Ita etiam nos libere et clare dicimus ea que faciunt ad honorem et statum nostrum quodque in literis suis quas nobis scribit non continetur aliud nisi quod pro gentibus nostris ituris ad allogiamenta provideamus de ducatis XII pro lancea ac etiam pro fantariis. Item de additione stipendij gentibus que residebunt in pergamo. Item de fornimento bladis et limitationem preciorum ac blada stramina et victualia quodque licentiari faciamus de territorijs Brixiensis et Pergamensis animalia subditorum nostrorum ut vadant ad aliena loca ad invernandum ut equi gentium nostrarum copiosius habeant de straminibus. Sed primo ad illam partem veniendi ad allogiamenta non possemus audire rem que nobis cordialius displiceret quam quod gentes nostre ita tempestive debeant ad allogiamenta reverti Nam videmus quod solum ex ista opinione sed multo magis si fieret cum effectu infinita mala ac inextimabilia inconvenientia et preiudicia honori et statui no

sti et toti lige sequerentur sicut (?) scripsimus,
ac sicut Magnificentia sua cognoscit, que etiam considerare de-
bet quod si gentes nostre ita tempestive ad allogiamenta re-
ducerentur, venirent ad standum per menses novem, seu saltem
octo continuos, que res ultra mala et inconvenientia suprascripta
esset totalis consumptio et desolatio locorum et subditorum no-
strorum, nam dissiparentur eorum stramina, blada, vina et
omnia bona sua, ex quibus vivere sperant, ymo clare com-
prehendimus quod venientibus ipsis gentibus ad stantias non
esset possibile quod de feno et straminibus per nos et sub-
ditos recollectis, tot equi ali et vivere possent tam longo tem-
pore. et si dicatur quod animalia subditorum nostrorum
amoveri debeant et licentiari de locis illis et mitti ad alia
loca longinqua sua Magnificentia bene intelligit quantum
et quam importabile damnum eveniret ex hoc subditis
nostris qui pro maiori parte in locis illis vivunt ex fru-
ctibus et usu huiusmodi animalium et quales lamenta-
tiones essent inter eos et merito. Etiam considerare potest
qualis animus et quale contentamentum sit inter ipsos sub-
ditos nostros, tam si privabuntur usu et commoditate ani-
malium suorum quam etiam si valente nunc pense-
simi solidos X aut XI. illius monete, reduceretur ad solidos
quatuor sicut vellet sua Magnificentia et quod illud nunc
a solidis quatuor usque decem, solveretur per ipsos nostros
subditos per taleam eis imponendam, venientibus etiam
ipsis gentibus ad allogiamenta et nos debeamus illis qui
Pergami residebunt augere stipendium considerat si no-
bis placere debet qui tanto tempore fuimus et sumus
gravati tot et tantis expensis cum modico fructu.
Et quoniam Magnificentia sua dicit in literis suis quod de

facili fieri poterunt majores res in yhieme quam in estate, Nos dicimus quod de futuris est difficile judicare sed bene recolimus quod quando yhieme preterita dicebamus et instabamus ut aliquid fieret, ipse dicebat quod differendum erat ad tempus novum, ut exiri posset ad campum quia tunc multa fieri possent et sic de yhieme ad estatem et de estate ad yhiemem facta nostra ducuntur in longum, et licet etiam dicat in literis suis quod divisio quam fecit de allogiamentis secreta teneatur bene scit qualiter talia possunt secreta teneri maxime ibi in campo, imo credimus quod iam inter omnes publica sit.

Ulterius quoque dicetis quod loquendo clare et libere cum sua Magnificentia nescimus bene intelligere, qualiter hec duo simul stare possint, quoniam ex una parte dicit quod defectu straminum tenere non potest gentes nostras in campo et ex alia parte suspicatur quod euntibus gentibus nostris ad stantias gentes hostiles veniant ad campizandum et opprimendum loca nostra, et ob hanc principalem causam dicit velle allogiare omnes gentes nostras in Brixiensi Pergamensi et Cremonensi, ut sint magis unite et parate ad resistendum. Si autem dubitat quia gentes hostiles debeant campizzare non ne ~~ista~~ ita stare poterunt gentes nostre, ad campum sicut gentes hostiles ac vivere ex eisdem herbis sive straminibus, quibus vivere deberent ille gentes hostiles, nam certum est, quod equi sui et nostri, uno eodem cibo aluntur et vivunt. Ut profecto facere non possumus quin plurimum admiremur et doleamus, videntes quod dux Mediolani cum equis VIII^m et peditibus, quos sua Magnificentia dicit eum habere tres partes fecerit, ac in tribus

diversis regionibus videlicet Lombardia, Tuscia et Monferato campum teneat ac non solum de estate sed de hieme miserit et mittat gentes suas que taliter qualiter sunt solute per montes et plana ac fecerit et faciat facta sua ubicumque vult. Et quod gentes nostre que unite sunt ad numerum equorum XIIm vel paulo inferius et que solute sunt de mensses in menses, cum tot fantariis et aliis apparatibus et cum tanta ac ita continua expensa nostra, stare debeant taliter ociose et de mense iunii debeant ad allogiamenta redire que res ultra mala et inconvenientia superius allegata nobis et sue Magnificentie ad perpetuam infamiam et dedecus redundaret cum quibus et aliis verbis rationibus et allegationibus que vestra prudentie videbuntur eum inducetis quod pro vera obedientia et fidelitate sua. Et si diligit honorem nostrum et suum se prorsus retrahat a tali proposito et non vadat ad allogiamenta neque faciat aliquam innovationem aut actum eundi sed teneat omnes gentes nostras unitas ac vadat et stet ubicumque sue Magnif. melius videtur et placet dummodo stet cum gentibus nostris unitis in campo donec aliud mandabimus.

Et si poteritis eum inducere sicut speramus ad hanc nostram intentionem dicatis Su. Magnif. quod dominatio nostra bene sperabat habere talem responsionem de sua singularem complacentiam assumemus scribendo nostro dominio et expectando mandatum.

Quando autem factis omnibus possibilibus instantiis non possetis eum inducere ad nostram intentionem Tunc dicatis quod vultis scribere nostro dominio sed mandetis sibi parte nostra quod interim non vadat.

ad allogiamenta et stet ubicumque vult dummodo stet ad campum non astringendo eum quod stet magis in uno loco quam in alio sicut deliberabimus et respondebimus de nostra intentione. Procuretisque diligenter investigare et intelligere a Sua Magnificentia omnes rationes et causas propter quas dicet non posse diutius stare in campo et insuper causas propter quas sibi non videbitur facere posse pontem aut habere transitum super Abdua et similiter in facto Soncini si forte sibi non videretur ponere campum contra Soncinum sicut pridie sibi scripsimus nec contra aliquem alium locum ducis de quibus omnibus nos postmodum particulariter advisetis. Petetis quoque operam sentiendi ab unoquoque ex principalioribus conductoribus nostris de per se de eorum opinionibus et motivis circa omnia et singula suprascripta et nos similiter informetis de omnibus que habebitis ac de vestris opinionibus ut melius sciamus quid sit agendum.

Tenere debetis vobiscum illam familiam que vobis videbitur opportuna possendo expendere id quod vobis videbitur expedire pro hoc modico tempore quo stabitis extra.

De parte 120.
De non 2. (carte 8, 81° e 9)
Non sinceri 1.

1431. die X Septembris in Rogatis.

Quod magnifico Capitaneo generali scribatur in forma infrascripta.

Sperabamus per ea que nobis retulit nobilis vir Andreas Mocenigo dilectus civis noster in presentia vestra re-

versus quod vestra Magnificentia cum nostro exercitu facere deberet aliquod notabile factum. Sed per ea que novissime habuimus videtur quod animus vester potius inclinetur ad reducendum gentes nostras ad allogiamenta que res nobis ultra modum molestissima foret essetque contra nostram intentionem et contra mandatum quod vobis dedimus et vos ipse considerare debetis si de tali opinione merito dolere debemus. Nam si gentes nostre ad allogiamenta redirent nasceretur habilitas et comoditas Duci Mediolani providendi ad facta Janue et Riperiarum que sunt in magno fluctuatione propter conflictum datum per armatam nostram marittimam armate Janvensium sicut nostis et confirmandi statum suum in illa civitate, multaque alia comoda pararentur ad statum ipsius Ducis et e contra multa preiudicia et incommoda factis lige per varios modos sicut et vos intelligitis ac sicut pridem fecimus vobis exponi ut itaque hec mala et inconvenientia evitentur. Intentio nostra est, vobisque expresse mandamus sicut et pridem fecimus quod nullo modo reducatis gentes nostras ad allogiamenta absque speciali nostro mandato sed illas teneatis unitas in campo ultra flumen olei in illis locis et partibus ubi vobis videbitur melius posse stare ac hostibus nostris et locis suis inferre posse majora damna. Nam audivimus quod sunt aliqua loca proxima locis hostium in quibus multe herbe reperiuntur ex quibus equis nostri exercitus plurimis diebus vivere poterunt sed quomodocumque sit certissimi reddimur quod ad executionem

...nius nostre intentionis et mandati taliter vos ge-
retis quod merito poterimus contentari. Providebitis
et omnino mandetis quod omnes gentes tam eque-
stres quam pedestres que sunt sane et omnes equi
utiles qui de campo quomodolibet recesserunt de
presenti ad exercitum revertantur.

Et quoniam judicio nostro omnibus bene considera-
tis ad honorem nostrum et vestrum et ad facta no-
stra non sufficit tenere gentes nostras in campo
absque alio fructu, et quoniam etiam est laudabile
ac summa prudentia scire sequi prosperitates in-
telligentes quod Dux Mediolani removit de exerci-
tu suo Nicolaum Piceninum cum quibusdam
ex gentibus suis armigeris ut eum mittat ad par-
tes Janue ac similiter plurimas pedites ex suis.
Unde comprehendimus quod vires exercitus sui esse
debeant non modicum diminute. Credimus et a certo
tenemus quod tute et absque aliqua dubitatione
poteritis firmare campum contra Soncinum ac
ibi stare donec obtinebitur. Nam propter habilita-
tem fluminis Olei super quo pontem firmare
poteritis habebitis tam a Civitate Brixie quam
a reliquis locis Brixiensibus talia comoda omnium
rerum ad victum equorum et hominum necessa-
ria quod comode stare poteritis et ipsum locum
cum dei presidio obtinere. Et ideo si non habe-
retis modum faciendi aliud quod majus et no-
tabilius esset volumus et mandamus vobis quod
vadatis ad ponendum campum contra Soncinum
ipsumque locum taliter stringere procuretis quod

ad manus nostras deveniat. Et ut exercitus noster fortior sit et potentior, providcatis et omnino mandetis sicut predicitur quod omnes gentes et equi sani et utiles qui de campo quomodolibet recesserunt revertantur, ut unitis his omnibus ~~[illegible]~~ gentibus nostris citius et habilius exequi possitis nostram intentionem poteritis quoque augere et fortificare ipsum nostrum exercitum gentibus cernedarum ut tutius et potentius fieri possint ea que fuerint facienda.

De — parte 135.

De — non 1. (carte 14. e 14 t.°)

Non sinceri 4.

1431. die XIII. Octobris in Rogatis.

Cum [illegible] status in hoc consilio dum disputaretur super factis Comitis Carmignola dictum et ordinatum fuerit quod infra duos vel tres dies veniretur ad hoc consilium et provideretur circa facta sua. Et ad hunc nemo venerit nec super illa causa aliquid factum fuerit. Et nostra intersit pro bono status nostri per maxime intelligere nos qualiter vivere habeamus et non stare in his perpetuis laboribus et expensis. In quibus durare nullo modo hec Civitas potest.

Vadit pars quod in nomine Yhesu Christi hoc consilium vocetur die lune post nonam, ad quod omnes de consilio venire teneantur sub pena librarum XXV et legatur consilium et in ipso consilio omnes qui possunt ponere partem teneantur sub penas ducatorum centum et privationis officii venire et ponere partem et partes super materia Comitis predicti, sicut eisdem pro bono nostri status videbitur. Et predicte pene ex nunc exigantur per Advocatores Comunis sub eisdem penis ab eis exigendis si essent negligentes.

[illegible]

... dominos de nocte.

De —— parte 6[illegible].

Ser Troilus Marcello Caput de XL. — Vult quod consyderata conditione presentis temporis hec pars pro nunc differatur.

De —— parte 80.

De —— non 1. (carta 27 t.o)

Non sinceri 0.

1431. die VI.° Novembris in Rogatis.

Quoniam est valde necessarium solicitare quod magnificus Capitaneus noster generalis citissime veniat ad partes Forijulii sicut omnes intelligunt. Vadit pars, quod mandetur nobili viro ser Georgio Cornario potestati nostro Padue qui promptus et paratus est se exercere in rebus omnibus concernentibus honorem et statum nostrum, quod de presenti vadat ad reperiendum prefatum nostrum Capitaneum Generalem et ad exequendum nostra mandata cum commissione infrascripta. Sed ex nunc sit captum quod postquam venerit cum dicto Capitaneo Generali et aliis gentibus que ordinabuntur usque Sacillum vel ultra flumen Liquentie sit in eius libertate ad omnem beneplacitum suum recedere et ire ad regimen suum Padue absque alio ordine vel mandato nostro, si terminus sui Regiminis nundum compleverit. Et non possit sibi mandari quod stet vel vadat alio contra eius voluntatem sub pena ducatorum quingentorum pro quolibet ponente vel consentiente parte in contrarium et nichilominus non teneatur obedire tali mandato, sed postquam Capitaneus noster generalis et gentes nostre venture ste-

Lombardia transiverint Linsventione vel attingerint Vacillum sit in arbitrio et libera voluntate sua re cedendi, standi, eundi, ac faciendi sicut sibi placuerit.

Commissio.

Nos Franciscus Foscari etc. Committimus tibi nobili viro Georgio Cornario dilecto Civi et potestati nostro Padue, quod de presenti quanto celerius sit possibile vadas ad reperiendum magnificum Comitem Carmignolam nostrum capitaneum generalem in partibus Brixiensis aut ubicumque sit ad solicitandum et stringendum eum quantum poteris cum illis verbis et modis qui tue prudentie videbuntur quod cum persona et gentibus suis quanto celerius sit possibile se transferat ad partes Fori Julij, quoniam bene scis quantum importat et necessarium est quod citissime veniat propter has gentes hungaras que in dictam patriam descenderunt. Et quoniam intelligis naturam et importantiam rerum ac naturam et mores dicti Capitanei Generalis et ea que ad hanc materiam requiruntur. Non expedit ut rem particularius distinguamus nisi quod quanto citius dabitur executio huic nostre intentioni tanto utilius erit tantoque nobis acceptius in qua re tu ex parte tua adhibeas omnem possibilem diligentiam. Commemorando dicto Magnifico Capitaneo ex parte tua omnem possibilem operam adhibendi quod terre et loca nostra Brixientia, Pergamensia et Cremonensia in tali custodia et regula dimittantur cum illis gentibus armigeris que remanebunt et cum tali gubernatione et ordine quod de illis dubitari non possit quodque honor et status noster in omnem

eventum consti... ari.

Et quoniam contra gentes istas barbaras que in Foro Julium venerunt, faciendum et resistendum est ita potenter quod aut confligantur aut retrocedere in suo malo omnino compellantur. Volumus quod tam cum magnifico Capitaneo Generali quam cum Rectoribus nostris Brixie et Pergami omnino des modum et ordinem quod de terris et locis planiciei Brixiensis et pergamensis suisque districtibus, non intelligendo de vallibus et Montaneis habeantur de presenti saltem homines mille de cerneda de utroque territorio probi et armati, quanto melius fieri poterit. Et ut melius intelligas nostram intentionem dicimus de planicie Brixiensi et Pergamensi quod vellemus si possibile foret quod isti mille homines essent de illis qui tenent partem gibilinam, sed hoc apud te secretum remaneat, quos homines de cerneda facias expediri quanto celerius sit possibile ut absque mora veniat aut simul aut ante, aut post gentes armigeras ut sub magnifico Capitaneo ac tibi melius videbitur pro maiori celeritate dummodo propter hoc non tardetur adventus dicti magnifici Capitanei.

Et si pro celeri expeditione et adventu magnifici Capitanei Generalis aliarumque gentium preditarum opus esset habere pecunias, ad hoc casu provideas aut accipere mutuo a dicto magnifico Capitaneo aut a civibus Brixiensibus, aut de introitibus nostris Brixie aut alio modo quanto celerius sit possibile, ut defectu pecuniarum hec nostra intentio non tardetur.

De predictis omnibus conferre debeas cum Rectoribus

nostris Brixie et secum esse possint ac se exercere in muneribus oportunis pro executione nostre intentionis. Ulterius quoniam ista facta patrie Fori Iulij multum important ad statum nostrum et videbitur magnifico Capitaneo et tibi quod levando magnificum dominum Faventie et comitivam suam, et veniendo ad has partes illa loca nostra Brixiensis et Pergamensis secura remaneant, eo casu volumus, quod idem dominus Faventie cum sua conducta etiam veniat in patriam Fori Iulij.

De — parte 45.

Ser Leonardus Mocenigo Proc.r Vult partem suprascriptam per totum excepto capitulo de facto magnifici domini Faventie.

De — parte — 68.

De non — 12. (carte 34 t.) Coll.o

Non sinceri 3.

1421. die IX. Novembris in Rogatis.

Quod magnifico Comiti Carmagnole Capitaneo nostro Generali scribatur ut infra.

Scribitis nobis per literas vestras datas tertio presentis quo modo ille Damianus de Imola familiaris Ducis Mediolani ad vos venit et ea que presente Capitaneo nostro Brixie pro parte dicti Ducis vobis exposuit ac responsionem quam vos et idem noster Capitaneus Brixie sibi facere terminastis cum qua ipsum ad eius dominum remisistis etc.) Respondemus itaque vestre Magnificentie quod nobis placuit de hac re habere notitiam ac responsionem quam sibi fecistis laudamus volumusque quod per literas vestras respondeatis dicto Duci replicando ea que vobis dici fecit videlicet quod idem Damianus eius familiaris primo parte sua

ad vos venit ac vobis exposuit. Quod dux ipse natus
erat italicus quodque quantum in eo erat disponebat
esse bonus Italicus et quod Serenissimus Rex Romano-
rum cum non modica potentia in Italiam presentiali-
ter veniebat quodque dubitabat ne idem Rex ostendendo
aliud velle facere, quereret facere facta sua et Italiam
subiugare, quodque pro evitando hoc periculum Dux
ipse disposuit et contentus est habere nobiscum
et cum Magnifica Comunitate Florentie atque liga bo-
nam pacem rogans vos amore Dei ut velitis rem istam in
vobis assumere quodque ut clare videretur quod sic facere intendit
ex nunc offerebat et contentus erat dare vobis superinde plena-
riam potestatem ac stare omni ~~[illegible]~~ vestre determinationi etc.
De quibus eius verbis et requisitione predicta noticiam nostro
Dominio et providentie sue excellentie respondetis quod per tempora
retroacta scripsit dixit ac dici et proponi fecit variis mo-
dis ~~et~~ similia verba ostendens habere animum inclinatum
ad pacem sed tamen effectus repertus est verbis valde contra-
rius et quod propter hanc causam exemplo rerum preteri-
tarum non videtis quod cum honore vestro possetis vos
in tali et tanto negotio intromittere nisi de dicta eius
intentione talem certitudinem videretis, quod non posset
in dubium revocari. Et quod si talis est eius intentio qua-
lem vobis dici fecit, velit eam per eius autentica scri-
pta realiter declarare, quoniam tunc etiam liga ad id li-
beraliter se disponet. Et vos etiam eo casu sperare po-
teritis de tali vestra intromissione honorem et gloriam
reportare.
Verum licet vobis scribamus ut supra nolumus tamen
quod propter hoc differratis adventum vestrum et pro-

cum vestrarum in patriam Fori Julii sed venire solicitetis quanto celerius sit possibile faciendo scribi litteram suprascriptam prefato duci Mediolani illamque sibi mittendo sicut Magnificentie vestre videbitur. dummodo propter hoc non perdatis tempus ad veniendum.

De parte 42.
+ De non 81. (carte 35 t°)
Non sinceri 12.

1431. die XXIII Novembris in Rogatis.

Cum magnificus Comes Carmignola noster Capitaneus Generalis qui est in villa Paderni tarvisini districtus requirat venire ad presentiam nostram si placet nostro dominio. Vadit pars quod rescribatur sibi quod nobis placet sibique licentiam impartimur quod veniat ad beneplacitum suum.

De — parte — 122.
De — non 4. (carte 37. t°)
Non sinceri 1.

1431. die XXVIII. decembris in Rogatis.

Cum per multa indicia et coniecturas satis clare intelligatur quod magnificus Comes Carmignola noster Capitaneus Generalis aspirat ad dominium Mediolani et proinde credendum sit quod si speraret posse venire ad hanc eius intentionem multo ferventius vigilaret ad excidium status Ducis Mediolani et cum multo majori solicitudine laboraret atque induceret alios ad faciendum contra ipsum ducem. et faciat pro factis nostris abreviare hanc guerram quanto magis possibile

38

sit tamen respectu magnorum sumptuum in quibus sumus quam respectu incomodorum ac malorum que ut plurimum evenire solent ex diuturnitate bellorum ac insuper ut omnes videant et intelligant quod non voluntarie nec ambitione dominij moti sumus ad guerram sed irritati et coacti pro salute et conservatione honoris et status nostri ac libertatis italice
Vadit pars quod scribatur Rectoribus nostris Brixie in hac forma videlicet.
Habentes assiduam considerationem ad ea omnia que producere possint illum effectum et honorabilem ac celerem finem huius nostre impresie quem desideramus arbitrati sumus nullam utiliorem provisionem fieri posse ad consequendam intentionem et desiderium nostrum quam ut magnifico Capitaneo nostro generali qui ut sumus ad dominium Civitatis Mediolani admodum aspirare videtur, fiat oblatio et promissio de eadem civitate in casu quo acquiratur Et proinde confidentes de sapientia vestra ac reddentes nos certissimos quod infrascriptam nostram intentionem ad bonum et conclusionem ducetis deliberavimus aperire vobis mentem nostram in hac materia ac quo modo in ea procedi debeat. Volumus igitur et cum nostro consilio rogatorum et additionis vobis mandamus quatenus capto tempore condicenti et opportuno sic quod vobis videatur posse hanc rem promovere per modum quo negotia que de presenti tractantur sive aliud particulum quod pre manibus habetur non retardentur aut aliqualiter impediantur. Si vero reperiendi vos cum prefato Magnifico Ca

[illegible]ilaneo aut ambo simul [illegible] alter vestrum, prout vobis melius videbitur ostendendo velle esse secum sub specie et colore alicuius alterius rei et non pro suprascripta causa cum quo in colloquiis que habebitis ad invicem cum illis [illegible] modis et verbis que ad propositum videbuntur. Intra [illegible] debeatis et ratiocinari circa facta Mediolani et tanta re ac diligenter perscrutari, elliciendo ab eo qualis esset eius intentio et dispositio circa id quod contribuere vellet volentibus nobis contentari et assentire ad dandum sibi civitatem predictam, cum eius comitatu. In casu [illegible] acquireretur promittetisque tractare ab eo quicquid poteratis de finali sua intentione ac de modis et conditionibus cum quibus ad istud factum venire et attendere vellet sicut pro vestra prudentia bene facere scietis. Et si per ea que de mente et intentione sua elliciare poteritis comprehendetis eum ad rem istam attendere ac ex parte sua facere velle de rebus convenientibus et honestis sicut quod vobis videretur ipsum adherere et conformari voluntati nostre infrascripte. Volumus in hoc casu quod elargetis vos et secum nomine nostro ad hanc praticam intretis, declarando sibi quod nos motis ex sincerissima dispositione et affectione quam habemus ad magnificam personam suam et ad eius commoda et honores et ut aperte cognoscatur quod non propter ambitionem dominij hoc bellum cum duce Mediolani accepimus. Nos contenti sumus et offerimus, in quantum dominus Deus noster pro eius gratia concedat quod Mediolanum acquiratur, dare sibi ipsam civitatem Mediolani et facere eum liberum dominum ipsius civitatis ac fortiliciorum,

t Comitatus sui ultra Abduam pro se descendentibus
t heredibus suis cum modis et conditionibus infrascri
ptis videlicet.

Primo quod per sex menses continuos incipiendo de
mense proximo Januarii, idem Magnificus Comes ser
vire teneatur cum persona familia et conducta sua,
omnibus suis expensis. Et si hoc spatio temporis
dicta Civitas acquiretur ipsam habeat sicut su
perius dictum est. Et eo casu habita possessione
Civitatis Mediolani cesset promissio, quam alias
sibi fecimus de Civitate Papie cum eius districtu,
Comitatu et Episcopatu cessetque provisio et conducta
quam habet a nostro dominio. Teneaturque insuper
renuntiare omnibus juribus que habet in locis omni
bus sibi per nos datis in territorio Brixiense ac ipsa
loca et fortilicia omnia libere et expedite in manibus
nostri dominii resignare. Teneatur etiam a die
habite possessionis Civitatis Mediolani usque ad annos
decem ex tunc proxime secuturos, per se ac heredes
et descendentes suos dare et solvere singulo anno no
stro dominio ~~ducatos~~ ducatos triginta mille boni auri et justi
ponderis pro ultimari recompensatione expensarum per
nos factarum in hac guerra pro acquisitione Mediolani.
Et si forte in spatio termini suprascripti mensium
sex quo durare debet ista conventio sive promissio non
acquireretur dicta Civitas Mediolani et idem Magni
ficus Comes vellet quod ista conventio prolongaretur
et duraret per maius tempus sit in eius electione
et potestate elongandi eam per id longius tempus quod
volet.

Si durante ista conventione aut etiam acquireretur Mediolanum fortasse eveniret si pacem cum Duce Mediolani seu eius heredibus et successoribus ita quod per ipsam pacem idem Comes habere non posset Mediolanum in hoc casu dominatio nostra teneatur sibi solvere provisiones et provisiones persone familie et conducte sue pro toto tempore quo servivit suis expensis.

Si vero in spatio temporis prius compositionis non obtineretur Mediolanum eo casu idem magnificus comes remaneat ad nostra stipendia cum provisione stipendio conducta modis et conditionibus quibus est ad presens per totum tempus refirme sue. Et in hoc casu remaneat etiam firma promissio Papie et aliorum locorum sibi promissorum et cesset promissio suprascripta Mediolani.

Et si in his praticis faceret mentionem de armata Padi declaretis sibi quod intentio nostra non est facere ullam armatam in Pado.

Quando autem idem magnificus Comes non contentaretur de conditionibus suprascriptis et vos comprehenderetis quod differentia faceret in ... quia volumus cum sua conducta debere servire ad suas expensas eo casu contenti sumus quod porrigatis sibi istud aliud partitum videlicet quod teneatur servire cum tota sua conducta pro medietate provisionis et stipendii quod et nunc habet ad presens per spatium unius anni futuri vel tanto minus quanto deus concederet quod dicta Civitas Mediolani acquireretur. Et tamen si interim sequeretur pax inter ligam et Ducem Mediolani,

..28.

